Eodem die 29. julii , quo Antverpienſes conſenſerant in aſſumptionem Alenſonii , in hac civitate publicatum eſt mandatum , ut exules reverſi intra tres dies diſcederent ſub pœna arbitraria & expulſionis. Cumque aliqui eccleſiaſtici , qui vi Edicti 12. junii anni præcedentis exeſſe debebant , attentâſſent redire incedentes habitu ſeculari & non tonsâ coronâ , ut non dignoſcerentur ; querentibus deſuper civibus mandatum eſt eodem die , ut omnes eccleſiaſtici , qui vi illius Edicti aut aliàs de licentia colonellorum poſſent remanere in civitate Antverpienſi , geſtarent togas talares & conſuetum habitum eccleſiaſticum cum biretis quadratis , tonſiſque coronis ſecundùm veterem uſum , ſub pœna arbitrariæ correctionis & ejectionis. Tertiâ aug. facta eſt inquiſitio in eccleſiaſticos , quibus non licebat manere in civitate : inventi autem aliqui ſunt educti ; alii occultati diffugerunt quo poterant. *Hiſt. Ms.*

Aug.

Capitulum facit functiones Vicariatus.

Vidimus ſuprà , nulla acta in *regiſtro actorum Vicariatûs ſede vacante* notari , à die 24. maii 1579. uſque ad 9. aug. hujus anni 1580. Ceſſârunt eo tempore acta , tum quòd inſtituti Vicarii exularent , tum quòd res catholicorum continuò turbarentur. Hoc autem tempore , licèt res catholicorum continuò dilaberentur ,

Capitulum

Capitulum cathedrale qualecumque in ſe ſumpſit functiones Vicariatûs; & Acta in dicto regiſtro incipiunt notari, non ut ſolebant ſub nomine *Vicariatûs* ſed *Vice-Decani & Capituli*, idque à 9. aug. hujus anni uſque ad 22. aug. anni 1583.; quando iterùm in illo regiſtro ceſſant acta uſque poſt reductam civitatem. Sic Capitulum turbulentis his temporibus quantùm potuit, negotia Religionis catholicæ obſervavit. Anno 1580. Aug.

Elapſo menſe julio monaſteria, notanter quatuor ordinum mendicantium, cœperunt Mechliniæ, Bruxellis, Gandavi, Brugis & in aliis locis ſub fœdere degentibus deſtrui & decreto Superiorum illarum civitatum auctione publicâ divendi. Ita *Hiſt. Ms.* Sic & Antverpiæ hoc tempore ſimili decreto monaſteria vendi cœperunt & deſtrui. Monaſteria deſtruuntur & venduntur

Cum autem modus in venditione bonorum eccleſiaſticorum placeret Vico-magiſtris, urgent illi ut modus iſte ſervetur & nullatenùs mutetur: ſic enim legitur in reſponſis ad propoſita in Concilio lato 17. aug. in eorum regiſtro *fol.* 425. Vico-magiſtri approbant & urgent dictam venditionem.

Alſoo dagelijks de geeſtelijke goeden gebeneficieert ende vercocht worden met goede gereduceerde Renten ten laſte van de ſtadt ende met eenſdeels gereet gelt, ende de reſte in queytbare renten op de ſelve panden, ende de ſelve ter vrydaeghs-merckt gecocht worden elk even naer: welken voet Hooftmannen ende Wyckmeeſters ſeer goet bevinden, begeerende t'ſelve alſoo (ſonder te gebruyken eenige andere wegen oft middelen) achtervolgt te worden; verſoekende aen de andere Leden dyen voet voor goet te hebben.

Bona eccleſiaſtica ſita extra civitatem deſtinata erant ad ſuſtentatorum eccleſiaſticorum hactenùs toleratorum, miniſtrorum, ſcholarum Bona eccl. in quem uſum deſtinata.

Anno 1580. Aug.

rum & inde dependentium; Senatus autem, excedentia iſtam ſuſtentationem deſiderabat impendere in ſtipendium quorumdam militum: ſed cum hoc 24. aug. propoſitum eſſet in Concilio civitatis, Vico-magiſtri id rejecerunt, volentes ſuperflua illa cedere in utilitatem civitatis: ſic enim legitur in eorumdem regiſtro fol. 428. *Borgemeeſter ende Schepenen... ſouden geraden vinden tot eere, reputatie ende meerdere ſekerheyt van deſer ſtadt; dat men oprichten hondert vyſtich Ruyters, de hellicht Lanchiers ende d'andere hellicht piſtoliers..., ende dat de ſelve ſelen worden, onderhouden ende geſalarieert op de geeſtelijcke goeden buyten deſe ſtadt gelegen, overſcietende boven het onderhout van de geeſtelycke perſoonen, miniſters, ſcholen, ende diergelycke ſaken daer af dependerende.*

Reſponſum Vico-magiſtrorum ad hæc ſic refertur. ibidem *fol.* 432.

Dunckt de Hooftmannen ende Wyckmeeſters, onder correctie, beter ware (om de buyten gelegene geeſtelijcke goeden, boven het onderhout van de geeſtelycke perſoonen, Miniſters, Scholen ende diergelijcke ſaken daer af dependerende, te laten tot behove deſer ſtadt) dat de oncoſten der ſelve gevonden werde onder de dertien wycken oft tachtentich vendelen deſer ſtadt, die daer begrypen het geheel lichaem der ſelve.

Schola publica.

Inter Scholas, de quibus hic agitur, certè præcipua fuit ſchola publica, ſeu Collegium erectum auctoritate Senatûs, in quo docebantur litteræ latinæ & græcæ, ſyntaxis, poëſis, rethorica & dialectica, cui tamquam Rector præfixus erat *Eraſmus Joannis* famoſus dein unitarius, qui ab anno 1576. fuerat Rector Collegii Embdenſis in Friſia orientali.

Hic

Hic Eraſmus conſcripſit Regimen hujus Collegii & quatuor ſcholarum ſeu claſſium in eo, directarum per quatuor Præceptores; & publicavit illud typis Plantinianis anno 1583. in 4°. ac nomine ſuo ſubſignavit menſe januario ejuſdem anni ſub hoc titulo. Anno 1580. Aug.

Rector Eraſmus Johannis

„REGIMEN SCHOLÆ auctoritate ac „munificentiâ Senatûs Reipub. Antverpienſis, „bonarum artium ac religionis diſcendæ gratiâ inſtitutæ.

Regimen ejuſdem.

In præfatione duas dat rationes, quare Regimen Collegii publicet: primo ut cuivis nota ſit ratio ſtudiorum. Secundo nè quis quid ſiniſtri de eo ſentiat aut ſpargat. Dein proſequitur.

„Cumque duæ res ſint, quibus ſcholarum „integritas conſtat, doctrina ac diſciplina, „de utraque conjunctim, qualis quidem nobis „in uſu quotidiano ſit, non qualis olim eſſe „poſſit, candidum lectorum commonebi„mus.

„Rector præeſt toti Collegio ejuſque cur„ſum, prout equitati ac rationi conſentaneum „videtur, adminiſtrat.

„Rectori operam ſuam navant tres hypodi„daſcali. Ac quemadmodum hypodidaſcalis „operas diſtribuit Rector eorumque obſequio „utitur, ita in formanda ratione ſtudiorum „Rector juvatur conſilio eruditorum homi„num, qui Senatûs voluntate ac decreto ad „hoc ſunt electi.

„Ex hac re hoc commodi conſequimur, „quod ſcholam habemus non unius ſed mul„torum conſilio conformatam; cum aliæ ſcholæ „unius ſolum privati hominis conſilio regan„tur.

„Eſt verò univerſus diſcentium cœtus diſtinc„tus in claſſes quatuor habetque unaquælibet ſuum

„peculia-

Anno 1580. Aug. „peculiarem Præceptorem, qui ejus curam
„continenter gerat, ex quo ſit ut numquam
„ſit otioſa... Didactron, quod extranei pen-
„dunt, de voluntate Senatûs variatur, prout
„Claſſes ſunt inferiores aut ſuperiores. Infima
„claſſis pendit florenos quatuor in integrum
„annum, proxima ſex; ſecunda octo, pri-
„ma decem. Qui tenuiores ſunt, ij aut ni-
„hil aut minùs quàm cæteri perſolvunt, nihi-
„lominus parem doctrinæ & inſtitutionis fruc-
„tum cum aliis percipiunt.

„Ratio ſtudiorum in unaquaque claſſe talis
„eſt...

Deinde: „Nunc quid univerſa juventus
„ſcholaſtica commune inter ſe habeat, ſequetur." deducit per puncta duodecim.

Deinde: "De domeſtica ſchola ſeu de iis,
„qui Collegium incolunt." quod deducit per puncta novem. Tandem concludit.

„Exiſtimamus, candide Lector, nihil hoc
„quidem tempore abſolutum à nobis flagitari
„debere; quum in primis ædificii fundamen-
„tis fideliter jaciendis occupati adhuc ſimus,
„quæ paulatim divinâ gratiâ aſpirante ad juſtam
„altitudinem aſſurgant. Prætereo nunc cala-
„lamitatem horum temporum; quæ bonis litte-
„tis, quemadmodùm aliis rebus humanis,
„non poteſt non detrimentoſa eſſe; quibus
„de cauſis ſperamus benevolum Lectorem mi-
„nùs ſeverum rebus noſtris judicem futurum.
„Anno 1583. menſe Januario." Infra habebatur „Eraſmus Joannis Solt. Ludirector."

Quid Eraſmus in ſubſignatione velit indicare per vocem *Solt.*, quæ videtur abbreviata, non video: an forte nomen familiæ aut loci natalis.

Interim ex his patet quantùm aberret D. Paquot, qui *Memoire litt. du Païs-bas tom. VII. pag.* 328.

pag. 328. aſſerit, Eraſmum Joannis Antverpiâ fugiſſe in Germaniam non ſeriùs quàm anno 1576. Anno 1580. Aug.

Hactenùs in S. Andreæ perſeverabant Magiſtri fabricæ catholici, licèt religionis catholicæ exercitium indè jam diù eliminatum eſſet. Hoc tempore illis mandatur, ut intra tres dies deferant ſtatum bonorum illius eccleſiæ omniáque documenta in manus concilii novem-Virorum: quo facto deponuntur ab officio per decretum Collegiale 31. aug. relatum, ut ſequitur, in regiſtro ejuſdem eccleſiæ *fol.* 103.

Catholici Æditui S. Andreæ deponuntur.

ALSOO de Kerckmeeſters van S. Andries kercke nu onlangs hebben gedaen haere rekeninge van het bewindt ende adminiſtratie, dat ſy gehadt hebben over der ſelver kercken goeden ende innecomen: ende dat volgens den Religions-vrede men in de ſelve kercke geene exercitie meer en is doende: ſoo iſt dat myne Heeren Borgemeeſteren *ende* Schepenen *der ſtadt van Antwerpen, volgende den verſuecke ende Acten van de Leden deſer ſtadt, breeden-raedts-gewyſe vergadert ſijnde, geordonneert hebben ende ordonneren mits deſen de voorſcrevene Kerckmeeſters, dat ſy binnen den derden daeghe naer de inſinuatie deſer, by goede ſpecificatie ofte onder inventaris, ſullen overleveren aen de gecommitteerde tot het beneficieren van de geeſtelijcke goederen alle titulen, monumenten, ſtucken, pampieren, actien ende crediten eenighſins de voorſ. Kercke competerende oft raeckende: ende het ſelve gedaen ſynde ontſlaen myne Heeren Borgemeeſteren voorſcreven mits deſen de voorſ. Kerckmeeſters ende elcken van hun in het beſonder, van den eedt by hunlieden gedaen in het aennemen van den voorſ. Kerckmeeſterſchappe, de ſelve van haeren*

Decretum deſuper.

ren

Anno 1580. Aug.

ren goeden dienſt bedanckende. Actum in Collegio den 31. *augusti* 1580. Onderteekent : *S. van Uffele.*

Magiſtri fabricæ tunc erant Mathias Pelgrom, Joan. van Eſche, Nicolaus van den Berghe & Joan. van den Parcke. Ceterùm non dubitandum, quin ſimiliter actum ſit reſpectu Ædilium aliarum eccleſiarum.

Septemb.

Fundus Minoritarum & turris in Deurne venduntur.

Die 2. ſeptembris, inquit Papeb. *Annal. Mss.*, in foro diei veneris publicâ auctione Simonis Jordaens venierunt virgæ XXVIII. cum dimidia fundi Minoritici ad valorem aſſium unius & triginta Brabantiæ monetæ : item turris eccleſiæ Turninenſis cum duabus ibi reliquis columnis, florenis DCCCXLII. Et die 23. eadem turris ſuppoſitâ fundamentis cavatis materiâ uſtili inpulſa in ruinam eſt, igne eidem materiæ injecto. Ita *Papeb.* Et ſic ſucceſſivè proceſſum eſt in venditione bonorum eccleſiaſticorum & monaſteriorum.

Difficulter invenitur Receptor bonorum eccl.

Cum itaque jam decreta eſſet & progreſſum haberet venditio bonorum eccleſiaſticorum, ſtatuendus erat Receptor dictorum bonorum ſeu valoris eorumdem. Verùm vix inveniri potuit, qui onus illud ſuſciperet : tres jam inde nominati erant, qui, conſiderantes injuſtitiam, onus illud obire recuſabant. Hinc Senatus in Concilio lato 20. octob. proponit membris civitatis, ut hâc vice, ſine conſequentia, nominent aliquem, qui onus iſtud acceptet liberè & voluntariè : ſic enim legitur in regiſtro Vico-magiſtrorum fol. 455. *Dat de Goede-mannen van de Ambachten believe rypelijck reſolutie te nemen op de nominatie van den Rentmeeſter van de geeſtelijcke goeden : nademael de drye te voren genomineert hen by alle wegen excuſeren ende den laſt niet en begeeren te aenveirden : op dat voor het eerſte de nomina-*

minatie mag geſchieden met contentement van den genen, die genomineert wort, ſonder t'ſelve te trecken in conſequentie. Anno 1580. Octob.

Papebrochius *Annal. Mss.* hæc refert: „Die 20. octobris venierunt omnes Imagines & „tabulæ Eccleſiæ S. Mariæ; & 17. novembris „Imagines Eccleſiæ S. Jacobi, ductuſque per „hujus crucem eſt paries, qui calviniſtas ad „conciones venturos à catholicis, ædem iſtam „eatenus obtinentibus, ſepararet." Hæc Papebrochius, qui nec cauſam nec occaſionem, nec à quibus venditæ ſint indicat. Non dubitandum autem, quin id factum ſit per tumultuantes calviniſtas; qui ægrè ferentes catholicos adhuc in ſuos uſus habere præcipuas civitatis Eccleſias, irruperint primò in Eccleſiam matricem; tumultuoſè imagines quaſdam inde abripientes & venum exponentes; ſperabant fortè ſic Eccleſiam iſtam uſibus ſuis obtinere: quam cum per tumultum obtinere non potuiſſent; non ceſſarunt Libellis ſupplicibus aut eam aut aliam uſibus ſuis poſcere, donec 12. novembris obtinuerint decreto Senatûs navim S. Jacobi, & 16. claves ejuſdem Eccleſiæ: unde 17. in eam irrumpentes, dejecerint & vendiderint. Imagines. De quo infrà.

Calviniſtæ irruunt in Eccl. B. M. & S. Jacobi.

Vidimus ſuprà *tom. V. pag.* 397. inſtitutum fuiſſe novum concilium dictum *Landt-raedt* pro toto belgio fœderato; jam inſtituitur ſimile pro ſingulis Provinciis, quo ſuper in regiſtro Vico-magiſtrorum *fol.* 436. hæc referuntur: *Op den 15. ſeptembris 1580. heeft den Penſionaris* van den Werck *in't huys van Aken, in de kamere van den Cryſch-raet in't Colonels-huys aldaer op den avontſtont, aldaer vergadert weſende myn Heere Junius Borgemeeſter, Heer Jan van Schoonhoven riddere oude Schepenen, alle acht de Colonnellen, Jan van Santvoort,*

De inſtituendo novo Concilio Brabantiæ vulgò Landt-raet.

Anno 1580. Octob. *Adriaen van Breen Hooftmannen ; Hieronimus Coymans , Jan Deſchamps , Jaques van de Walle , Hendrick van Uffele Wyckmeeſteren ; Jan Spannenborch Deken ende meer andere van de Meerſſen ; Marten de Coſter Deken ende andere van de Bereyders ; de ſeſſe Dekens van de geſworene Gulden ; diverſche Capiteynen wten vendelen, te weten Embert Pellecoren, Michiel van Quickelberge , Hans van Sevencoten ende meer andere.*

Ende heeft zyn relaes , in der voorſ. perſoonen alder preſentie ende bywefen , in deſer vuegen onder under gedaen ; begonſt ende verſocht , als dat de ſelve , te weten Borgemeeſteren , Schepenen ende oude Schepenen ſouden weſen een voys ende overgeven acht perſoonen , om totten nieuwen Raet te dienen ; de Hooftmannen ende Wyckmeeſteren de tweede voys ende overgeven gelijcke acht ; de Deken van de Ambachten de III voys ende overgeven gelycke acht ; de Colonellen de IIII. voys ende oock overgeven acht ; de 6. geſwore Gulden weſende de V. voys ende overgeven gelijcke acht ; de Capiteynen van de vendelen weſende de VI. voys ende overgeven gelijcke acht ; makende t'ſamen ſeſſe voyſen ende acht-en-veertich perſoonen , omme wte ſelve acht-en-veertigh perſoonen te nemen ſeſtien perſoonen , die de meeſte voyſen ſoude moegen hebben ; ende alſdan de ſelve perſoonen ſijn Excellentie *over-te-geven , ende by hem daer wt te kieſen acht perſoonen , die hem believen ſoude ; om de ſelve acht perſoonen te voegen totten vier van de Edelen des landts van Brabant , ende vier perſoonen van die van Bruſſel , makende t'ſamen ſeſtien perſoonen over den Cryſchandel ende dyen aenclevende*

D'welck relaes by den voorſ. Penſionaris alſoo gedaen weſende , is by den Leden ende ommeſtaenders genoteert de voorſ. woorden deſſelfs Penſionaris , van dat by Borgemeeſteren , Schepenen , Treſorier , Rentmeeſte-

Rentmeeſteren ende oude Schepenen te ſamen gevoecht ende genoempt heeft te weſen het eerſte lith van der ſtadt ; de Hooftmannen ende Wyckmeeſteren het II Lith ; ende de Goedemannen van de Ambachten het III Lith — Anno 1580. Octob.

Videmus hic Colonellos, Capitaneos & viros Gildarum iterùm admiſſos ad Concilium civitatis ; cum tamen, ut ſuprà vidimus, Senatus ad Libellum Vico-magiſtrorum, elapſo menſe majo oblatum, reſpondiſſet totum corpus civitatis tantùm conſtare tribus membris, quorum primum Magiſtratus, ſecundum Vico-magiſtri, tertium conſtituunt Decani opificiorum. — Colonelli &c. iterum admiſſi ad Concilium civitatis.

Hæc itaque ſic relata in dicto regiſtro præparatio erant ad inſtituendum pro tota Brabantia Orangiana novum Concilium Provinciale, vernaculè dictum *Lant-raet*, quod aliæ provinciæ ſunt imitatæ : penes illud autem foret ſumma belli auctoritates. Concilium illud erectum eſt demùm 18. Octobris ; inſtitutum illius conſtans quatuordecim articulis refertur in dicto regiſtro *folio* 463. ſicque ſonat. — Inſtituitur.

ALSOO den Staten des Landts ende Hertochdoms van Brabant nyet moegelyck oft gelegen en is geweeſt altoos ende continuelyck ſtaets-gewys vergadert te blyven, ende dat nochtans deur hunne abſentie in't ſtuck van der oorloge als diverſche andere voorvallende ſaecken, eenige inconvenienten oft deſordren geſchapen zouden zyn te ryſen tot groote ſchade, jae bederffeniſſe van den voorſ. Lande. Soe eeſt dat de voorſ. Staeten begerende daer inne te verſien, ende alle inconvenienten oft deſordren te verhoeden, ende in ſunderheyt, op dat nu voortane alle ſaecken met beter ordre ſoude moegen ghehandelt worden dan tot noch toe wel is geſchiet, by advyſe van zyne Eccellentie raedtſaem ende nootwendich hebben gevonden op te rechten ende te maken

Anno 1580. Octob. *eenen generaelen tryſsb-raet over t' voorſ. lande ende Hertochdom van Brabandt vuyt alſulcke perſoonen, als by den Edelen ende ſteden repreſenterende de voorſ. Staten; zyne Excellentie als Gouverneur van den voorſ. lande van Brabant genoemt ende overgegeven zyn geweeſt oft ſullen worden; by de welcke de ſaecken van den voorſ. lande ende Hertochdomme ſoe in 't ſtuck van oorloge als anderſins ſullen worden gehandelt ende beleydt, achtervolgende de inſtitutie-poincten ende articlen hier naevolgende . . .*

Aldus gedaen, geadviſeert ende gearreſteert by de Heeren Edelen s'lants van Brabant in de tegenwoordicheyt van zyne Excellentie den XVIII. *Octobris MDLXXX.*

Approbatur in Concilio lato. Propoſita fuit hæc inſtitutio in Concilio civitatis lato die 21. ejuſdem menſis; ibidemque eſt approbata; ut habetur in dicto regiſtro *fol.* 472. Conſtabat autem dictum Concilium, ut indicat Haræus *fol.* 321. è diverſarum civitatum Nobilibus, mercatoribus & ſellariis numero viginti quatuor; & caput illius erat Princeps Orangius.

Propoſitio de aſſumendo quocumque Principe rejicitur. Eodem die in Concilio lato propoſitum fuit negotium circa aſſumptionem novi Principis Vidimus ſuprà, Legatos Ordinum menſe ſeptembri cum Alenſonio conventionem iniviſſe; at apparenter res hæc hæſitabat: nam in hoc concilio proponitur membris civitatis, ut conſentiant in quemcumque Principem, aſſumendum per Legatos Ordinum, verùm propoſitio hæc unanimiter rejecta fuit: ſic enim legitur in regiſtro Panniparorum *fol.* 162. *verſo. Zeggende daer-en-boven, dat zy hen grootelicx verwonderen, dat men aldus ſcheynt te reſilieren van den eenen Prince op den anderen; ende dat de voorgenoemde gedeputeerde ſouden vermogen te kieſen alſulcken Prince oft Hooft*

als

als hen ſoude goet duncken, ende metten ſelven tracterene. Daeromme vercleeren de voorſ. Leden wel expreſſelijck, dat ſy in't ghene des voorſchreven is geenſins en conſenteren. Anno 1580. Octob.

Cum Belgium Fœderatum jam renuntiaſſet Regi & alium ſupremum Dominum quæreret; Senatus Antverpienſis interim novam formam juramenti excogitavit & fabricavit, ſecundùm quam jurans promitteret, ſe Hiſpanos habiturum ut hoſtes, & ſe impartialem fore in negotio Religionis juxta Pacem religioſam &c. Formula hæc refertur in regiſtro Vico-magiſtrorum *fol.* 469., unde eam ſubjungo.

Senatus intendit exigere novum juramentum.

ICK GELOVE ende ſweere de hooghe Overheyt, *den* generalen Staten *van de Nederlanden, die hen in de naeder Unie t'zamen houden, ende in't beſunder mynen Heer den* Prince van Orangien *als Gouverneur van Brabant, Erffborchgrave van Antwerpen*, Borgemeeſteren *ende* Schepenen, *onſen* Coronnel *ende* Capiteyn *reſpective getrouwe ende gehoorſaem te zyn in alle voorvallende ſaecken, den crychſhandel, bewaerniſſe ende geruſticheyt deſer ſtadt van Antwerpen aengaende. Ende voorts de ſelve ſtadt, Borcht ende Borchlieden, mitsgaders den lande van Brabant in alles getrouwelijcken te helpen hoeden ende wachten, naer ons vermoghen zonder eenige geveynſtheyt. Ende gelove voorts den* Magiſtraet, Colonnellen *ende onſen* Capiteyn *terſtont aen-te-brengene alles, wes wy weten ſullen te weſen tot voordeele oft achterdeel deſer ſtadt ende landen. Ende alſoo den* Coninck van Spaingien, *niet tegenſtaende alle de gedelycke ende billycke offren ende preſentatien hem by deſen lande gedaen, de ſelve nochtans geheelijcken verworpen hebbende continueert ons tegens recht ende redene met oorloghe tiranniehlijck te overvallen; waer deurre d'lant van Brabandt, volgende de blyde incompſte ende conditien daer op by aengenomen is*, ipſo jure *is ontſlagen van den*

Formula Juramenti.

Anno 1580. Octob. *eedt, die zy hem gedaen hebben, ende vervallen van alle heerſchappye, die hy over deſe landen ſoude moeghen gehat hebben: belove daer omme voor vyant te houden de Spagniaerden, de Malcontenten ende alle henne aenhangeren; ende overſulcx egeen gemeynſchap oft verſtant in eenigher manieren met hen te houdene. Ende oyck belove ick my onpartydich te houdene in ſaecken nopende de diverſiteyt van Religien achtervolghende den Religions-vrede, der Ordonnantie alhier daer op gemaeckt, ende nae-te-comen d'ordonnantien gemaeckt ende alnoch te makene op't ſtuck van der wacht deſer ſtadt, ende deſen eedt wel ende getrouwelyck t'achtervolghen ſonder diſſimulatie; renontierende hier mede alle andere voorgaende eeden deſen prejuditiabel, gelovende oyck egeenen anderen, noch oyck eenich proteſt; d'welck hier tegens ſoude moeghen ſtryden, te willen doen, noch gedaen te hebbene in eenigher manieren. Soe helpt my God.*

Proponitur in Concilio lato. Die autem 20. octobris Senatus hanc formulam propoſuit in lato Concilio, idque, ut præferebat, pro ſecuritate civitatis & ut per exactionem illius juramenti inimici ab amicis dignoſcerentur: ſic enim legitur ibidem. *Is oock verſocht, dat de Leden ſouden believen goet te vinden ende approberen den Eedt, die geconcipieert is tot verſekerheyt van deſe ſtadt, ende om dat de vyanden uyt de vrienden ſoude mogen bekent worden, de welcke oock tot dien eynde ſal worden gedruckt.* Præferunt quidem ſecuritatem civitatis & dignoſcere inimicos ab amicis; ſed videtur formula iſta potiùs excogitata ad tentandos & vexandos catholicos, & ad inveniendos titulos, ſub quibus eos tandem omnes expellerent.

Rejicitur. Verùm juramentum illud non placuit, undè & rejectum fuit: ſic enim reſponderunt Vico-magiſtri ibidem *fol.* 473.

Nopende

Nopende den Eedt dunckt den Hootsmannen ende Wyckmeeſteren onder correctie, datiet beter is, dat die geſchorſt blyve totter tyt toe, dat den nieuwen Lant-raet ende het hooft van dyen ſal gecreëert weſen. Anno 1580. Octob.

Reſponſum Decanorum ſic refertur in regiſtro Panniparorum *fol.* 163. *Aengaende den geconcipieerden eede ſeggen, dat ſy noch ter tyt nyet en verſtaen den ſelven te accepteren, ſonder ierſt ende voor al te weten ende hen aengenoempt worde den perſoon, ende in deſſelfs tegenwoordicheyt dyen te doen, die by het concept van den voorſ. eedt wort genoempt de Hooge Overicheyt. &c.*

Menſe novembri Antverpiæ ac Bruxellæ aliiſque item locis catholici, acceptis à Magiſtratu calviniano ſcedulis, cauſam exilii tamen non exprimentibus, certò die, adjectâ pœnâ, exire patriâ magno numero ſunt juſſi: inter quos fuêre Cancellarius, Procurator Brabantiæ, Ærarii Belgii Præfectus ac ſecreti Concilii aliquot. (Fortè illi indicaverant ſibi non placere receſſionem à Rege, aſſumptionem alterius Principis & repreſſionem religionis catholicæ, ad quam omnia dirigebantur.) Inſuper publico Edicto cautum, ut quicumque tribus continuis annis in hiſce urbibus non aluiſſet familiam, rebus omnibus ablatis aliò migraret. Haræus *fol.* 320. Novemb. Plures catholici exulare coguntur.

Tandem hoc menſe calviniani poſt plures inſtantias & oblatos libellos à Senatu uſibus ſuis obtinuerunt navim Eccleſiæ S. Jacobi, relictâ catholicis cruce eccleſiæ cum tota poſteriori parte, ſic ut navis à cruce ſepararetur pariete. Et cum chorus necdum completus eſſet, decrevit Senatus, ut pro commoditate & ad recompenſandum damnum catholicorum, perficeretur ſumptibus civitatis; commiſſarioſque nominavit Navis Eccl. S. Iacobi aſſignatur Calviniſtis.

Anno 1580. Novemb. navit; qui tum parietem, tum chorum quamprimum perfici curarent; aſſignans materialia civitatis, & ſolutionem operariorum ex confiſcatione bonorum eccleſiaſticorum. Patent hæc ex decreto deſuper confecto, quod ex regiſtro Eccl. S. Jacobi *fol.* 384. ſubjungo.

ALSOO myne Heeren Burgemeeſteren, Schepenen, Raedt, Corronellen *ende* Dekens *van de Gulden, eerſt ende alvorens gehadt het advys van weghen goede mannen gecommitteert totten* Religions-vrede *binnen deſer ſtadt van Antwerpen, op de menichvuldige ende diverſche requeſten hun gepreſenteert, ende mondelynge remonſtrantie by die van de gereformeerde Religie tot meerder reyſen hebben gedaen, geresolveert ende geaccordeert hebben, om eenicheyt tuſſchen de borgeren ende ingeſetenen deſer ſtadt te houden, dat de ſelve tot exercitie van hunne religie ſouden hebben ende gebruycken dien* Beuck *van* S. Jacobs Kerck, *latende het* Cruys-*werck tot behoeve van de* Roomſche *catholycke religie; behoudelyck oock, op dat men de ſelven van de roomſche catholicke* Religie *genoegſaeme ſatisfactie geven, ende in vergeldinge van de voorſ. verminderinge, dat men de begonſte choor* Chorus completur. *van de ſelve Kercke ſal optrecken ende ſulckx maken; dat ſy dien gevoechelyck konnen gebruycken ende genieten: ende dat het ſelve werck, mitſgaders de ſeparatie van den voorſchreven Beuck van den Cruys-werck met aller vleyt, neerſtigheyt ende accelleratie dient geordonneert ende geeffectueert* (te worden) *om d'een ende d'ander te accommoderen,* (ende) *in alle eendracht onderlynge binnen deſe ſtadt te conſerveren: ſoo* (hebben) *myne Heeren de Wethouders voorſ. tot de effectuatie ende volbringynge van't voorſ. werck gecommitteert meeſter Nicolaes de Vought, Cornelis Daemere ende meeſter Peeter van Aelſt Schepenen, Peeter Vanhuyſe Treſorier, Marten Neyen gecommitteerde tot het beneficie van den Caſteele, Hendrick van Paeſſchen erfſcheydor, meeſter Peeter Frans ende meeſter Andries*

dries der ſtadts timmermeeſteren oft den meeſten deel van hun ; auctoriſerende de ſelve , om in den Eeckhof van den Caſteele plaetſe , mitsgaders alle andere ſoo t' St. Andries , te Minnebroeders , Predickheeren als elders , daer toe te aſſumeren ende te employeren de matrialen der ſtadt competerende , daer toe gerequireert , hun noodich ; mitsgaders d'onkoſten , die ter cauſen van der handt ende arbeyt ſal reyſen , te nemen ende doen betalen van de pennyngen geprocedeert van het beneficieren van den geeſtelijcken goeden ; en ſal men den Rent-meeſter geconſtitueert ofte te conſtitueren totten ontfanck van den ſelven goeden t'ſelve doen paſſeren in het uytgeven ſijnder rekenynge. Actum 12. november anno vyftien hondert tachtentich. Onderteekent : *Martini.*

Anno 1580. Novemb.

An catholici huic decreto ſe oppoſuerint, non liquet. Interim , cum Commiſſarii nominati ad conſtructionem parietis , liberum ſemper acceſſum volentes in eccleſiam , prætenderent claves ejuſdem , Magiſtri fabricæ , cum deſuper nulla facta eſſet mentio in Decreto , eas tradere noluerunt ; donec tandem quarto pôſt die ad hoc coacti ſunt per novum Senatûs mandatum , quod in eodem regiſtro *fol.* 386. ſic refertur.

Mandatur Magiſtris Fabricæ ut tradant claves.

Myne Heeren Burgemeeſteren *ende* Schepenen *der ſtadt van Antwerpen hebben geordonneert ende ordonneren mits deſen den Opper-kerck-meeſteren ende onder-Kerck-meeſteren van S. Jacobs Kerck , dat ſy terſtont ende ſonder eenich vertreck overbringen de ſleuteren van de ſelve Kercke in handen van de commiſſariſſen geordonneert ; om te doen de ſeparatie van den Beuck ende het Cruyſwerck , ten eynde de ſelve in alder deligentie worde gevoordert ende geeffectueert tot gerief ende commoditeyt van de gemeynte , ſoo van d'een als van d'ander Religie , in conformiteyt van den Act van den 12. november leſtleden. Actum 16. novem-*

Decretum de ſuper.

Anno 1580. 16. *november anno vyfthien hondert tachtentich.*
Onderteekent : *J. van Uffele.*

Novemb. Papebrochius *Annal Mſs.*, ut ſuprà vidimus, notat Imagines in illa eccleſia venditas fuiſſe 17. novembris, id eſt, ſequenti die poſt mandatum de tradendis clavibus. Certum eſt, quod imagines in navi eccleſiæ deponi deberent, ut aptaretur uſibus calviniſtarum. Si autem relicta fuiſſet catholicis libertas eas tollendi, certè illi eas venùm non expoſuiſſent. Unde præſumendum calviniſtas obtentis clavibus more ſolito furiosè irrupiſſe in eccleſiam, imagines dejeciſſe & venùm expoſuiſſe. Sic calviniſtæ per tumultuoſa ſemper, ut in decurſu vidimus, proficiebant : tunc enim qui in Senatu infecti erant, titulum habebant, quo eis faverent & petita concederent, prætexentes ſe aliàs cives pacificare non poſſe.

Imagines illius eccleſiæ venduntur.

Decemb. Protulit Orangius menſe decembri apologiam ſuam adverſùs ſupradictam proſcriptionem Regis, eamque die 13. dicti menſis exhibuit Ordinibus generalibus ; qui Delphis in ſolemni conſeſſu eam mirè laudârunt & ipſi Orangio corporis cuſtodiam addixerunt, ut patet ex eorumdem litteris deſuper datis 17. decembris 1580. relatis apud P. Bor. *Lib. XVI. fol.* 17. Dein eam prelo dedit & excuſam tribus aut quatuor linguis, prout adhuc circumfertur, vulgavit & ad Reges & Principes tranſmiſit. Non obſtante autem laude Ordinum, plures tamen, inquit Haræus *fol.* 321., exiſtimârunt, parùm eum ad rem reſpondiſſe ; & quædam puncta ibidem attingens, illud, inquit, præſertim in quæſtionem venit, utra pars facto aliquo publico & notorio cauſam turbarum dederit, de quo in toto decurſu horum Annalium cenſeo judicandum

Orangius edit apologiam ſuam adverſus proſcriptionem Regis

dicandum. Ita Haræus. Fatetur autem in ea Orangius, ſe à puero reformatæ quam vocat religioni faviſſe: unde non mirum, quod religio catholica ſub guberaio talis Principis tanta mala ſuſtinuerit.

Anno 1580. Decemb.

Abbates S. Michaëlis & S. Bernardi detinentur.

Die SS. Innocentium Comes Swertenbergius Abbates S. Michaëlis (Guilielmum Greve) & S. Bernardi (Joannem van der Noot, qui per Ordines contra decreta Pontificia & Regia 18. jan. 1578. ibidem fuerat inſtallatus Abbas) invitavit ad prandium inter rudera Caſtri, eoſque ibi retinuit pro pecunia, quam ſibi deberi à Statibus dicebat; quam totam ei ſolvere debuerunt, Auriaco & Statibus conniventibus. Ita Papeb. *Annal. Mss.*

Gerardus de Witte.

Hoc anno GERARDUS CANDIDUS vulgò *de Witte* Antverpienſis edidit Francofurti fol. *Deſignationem brevem* ſeu *Diarium rerum in Belgio ab anno* 1566. *ad annum uſque* 1580. *geſtarum*. Refertur autem hoc ejus opuſculum Tomo II. Annalium rerum Belgicarum.

1581.

Bellum hujus anni.

Bellum per totum annum 1581. iterùm ſtrenuè actum eſt inter Regios & Orangianos; utrimque victoriæ, utrimque civitates ac caſtra capta & recepta, verùm non circa Antverpiam; ita ut Antverpiani toto hoc anno belli incommoda non tulerint. Capta interim Breda per Male-contentos excitavit turorem calviniſtarum, & occaſio fuit interdicendi Antverpiæ exercitium publicum Religionis catholicæ, ut infrà dicetur.

Calviniani primum prædicant in S. Jacobi.

Menſe novembri, ut ſuprà vidimus, obtinuerant uſibus ſuis calviniſtæ partem eccleſiæ S. Jacobi, quæ ſeparari debebat pariete ab ea, quæ manebat catholicis. Paries iſte brevì completus ſtetit; ita ut primâ hujus anni die calviniani religionem ſuam in ea exercere cœperint

Anno 1581. Janu.

perint & primam prædicationem fecerit prædicutius Iſbrandus Travins. *Hiſt. Epiſ. Antv. pag.* 209.

Febr.

Petitur deſtructio monaſterii Ter-Zieken &c.

Cum calviniſtæ continuò timerent obſidionem, ſeu potiùs, ut præferebant, civitatis interceptionem; petiverunt membra civitatis in Concilio lato 9. febr. dejectionem plurium ædificiorum in ſuburbio & inter alia monaſterii *Ter-Zieken.* Sic eorum petitio refertur in regiſtro Merciariorum. *Voorts verſoecken die Hoofmannen ende Wyckmeeſteren ſeer ernſtelÿck, dat mÿne Eerw. Heeren believe terſtont ende ſonder vertreck aff-te-doen breken de huyſinge van Ballar, van Henckxthoven ende het clooſter van Ter-Zieken, om te beletten alle ſurprinſen, daer wy mede gedreycht worden daghelÿckx.* Idem petunt Decani opificiorum *ibid.* Senatus autem reſpondit inſtituendam viſitationem & deſtruendas domus iſtas, ſi comperiantur nocivæ civitati. Hinc poſſumus præſumere domus iſtas & fortè alias ſimiles in ſuburbio hâc occaſione dejectas fuiſſe & deſtructas. Moniales *Ter-Zieken* monaſterium iſtud non inhabitabant: à ſex enim annis in civitatem confugerant.

Mart.

Parantur omnia ad excipiendum Alenſonium.

Menſe martio Aldegondius, Ohainius cæterique Legati in Franciam dudùm ab Ordinibus miſſi, ad offerendum Alenſonio ſupremum belgicarum Provinciarum dominium, Burdegalis cum eo ſecundò tranſegerant, Antverpiamque reverſi cum obſignatis tabulis ac litteris, quid egiſſent in Ordinum conſeſſu prolixè expoſuêre: cumque laudati munera acceſſiſſent, ad excipiendum novum Ducem neceſſaria parari cœpêre. Ita Haræus *fol.* 325. Licèt autem hoc tempore inciperent parari omnia ad excipiendum Alenſonium, interim de-

mùm

inum anno ſequenti menſe februario advenit & exceptus fuit, ut infrà dicetur.

Anno 1581. Mart.

Dicti autem Legati revertentes inter alias obſignatas Litteras, ſpeciales attulerunt pro Antverpienſibus; qui conſentientes in acceptationem Alenſonii plures conditiones, ſe etiam ſpeciatim reſpicientes; præſcripſerant, inter alias unam circa receptionem præſidii militaris: quo ſuper ſecuritatem obtinuerunt per has deſuper per Legatos allatas Litteras.

Litteræ allatæ ab Alenſonio pro Antverpienſibus.

Circà præſidiā militare.

NOUS FRANCHOIS filz de France, frere unicque du Roy, Duc d'Anjou, Alençon, Touraine & Berry, à tous ceulx qu'il appertiendra certifions, comme nous aians eſtez remontrez par les Ambaſſadeurs & Deputez des Eſtatz generaulx des Païs-bas de la part de la ville d'Anvers, que les Membres d'icelle en leur aſſemblèe generale, adviſans ſur notre election, avoient deſirè, que (oultre le privilegè de ceulx du Duchè de Brabant ſur la reception & conduite des gens de guerre en & par leur villes & plat païs, le quel, comme tous privileges en general vient à eſtre obſervè) leur voulſiſſions donner aſſeurance particuliere au regard du vingtieſme article du Traictè, qu'avons faict avecq leſdictz Eſtatz, de ne mettre ou loger gens de geurre ou garniſon en la dicte ville ſans l'advis & conſentement des dictz Membres & grand Conſeil dict la Breeden-raedt *d'icelle ville.*

Nous *pour le deſir, qu'avions de les gratifier de tout notre pouvoir, leur avons promis comme promectons par ceſtes; de ne mectre ny faire mectre ou ſouffrir, que ſoyent mis aulcuns gens de geurre en la dicte ville d'Anvers, ſoit pour garniſon ou aultrement, ſinon que le dict* Breeden-raedt *& Membres de la dicte ville y ſoyent preallablement adviſè & par expres*

Anno 1581. Mart.

expres conſent. En teſmoing de ce avons ſigné ceſtes de notre propre main & faict appoſer le cachet de noz armes. Faict à Bordeaux le 23. de janvier l'an mil cincq cens & quatre vingt-ung. Soubzeſcript: FRANCHOIS: Plus bas ſigné: S. M. & cachetté du cachet du dict Sr. Duc.

Sic litteræ hæ referuntur in regiſtro cameræ Panniparorum *fol.* 226. Licèt autem ſint allatæ hoc tempore, Senatus tamen eas demùm communicavit membris civitatis 19. aug. hujus anni 1581, ut *ibidem fol.* 226.

April.

Erigitur novum collegium quatuor Virorū

Antverpienſes inſtituunt hoc tempore novum Collegium quatuor Virorum, qui ſuperintenderent omnibus hoſpitalibus & piis domibus, non exiſtentibus ſub directione Eleëmoſinariorum & eleëmoſinis diſtribuendis per varia monaſteria; ac directionem haberent ſuper erectione novorum hoſpitalium, tum pro infimis, tum pro peſtiferis. Decretum deſuper confectum refertur in regiſtro Cameræ Panniparorum *fol.* 237.; unde illud ſubjungo.

Decretum deſuper.

ALSOO die gheeſtelijcke goeden ſijn van den aenbeginnen gedeſtineert tot goede wercken, ende namentlijck tot onderhout ende behoeve van den armen; ende dat vele Clooſteren ende Godts-huyſen, binnen deſer ſtadt ende vryheyt van de ſelve geleghen, ſijn gewoon ende ſchuldich geweeſt vele uuyt-te-reycken tot behoeve van den ſelven armen. Item alſoo tot noch toe de Aelmoeſſeniers deſer ſtadt egeen adminiſtratie ende onderwindt en hebben gehadt van den Ryck-Gaſt-huyſe ende meer andere Godts-huyſen binnen deſer ſtadt gelegen, ende diſtributie van de aelmoeſſen, de welcke binnen de ſelve gedaen worden ende behooren te geſchieden.

Soo

Soo eeſt dat Borgemeeſteren *ende* Schepenen, Treſoriers *ende* Rentmeeſtere *ende andere* Leden *deſer ſtadt hebben goet ende geraetſaem gevonden, dat die Goede-mannen van den Ambachten ſouden denomineren acht perſoonen, daer vuyt Borgemeeſteren ende Schepenen ſouden kieſen de viere, die ſelen hebben de ſuperintendentie ende toeſicht van den voorſ. Ryck-Gaſthuyſe, S. Juliaens Gaſthuys ende van alle andere Goidtshuyſen, ende diſtribueren van de aelmoeſſen, de welcke t'clooſter van S. Michiels, Peeterpotz, Bogaerden, Predicaren ende alle andere binnen deſe ſtadt ende vrydicheyt van de ſelve gelegen ſchuldich ſijn te contribueren, egeen Goidshuyſe oft diſtributien van aelmoeſſen vuytgeſteken, dan de ghene die tot noch toe ſyn geweeſt onder de adminiſtratie van de Aelmoeſſeniers; de welke de ſelve ſelen blijven behoudende, gelijck ſy van ouden tyden hebben gehadt.*

Anno 1581. April.

Qui ſuperintendant Hoſpitalibus & eleëmoſynis monaſteriorum.

Ende alſoo men by experientie bevindt, dat door de menichte van volcke ende dagelijcxe groote ſickte ende ſterffien, meer dan van noode is, datter noch een Gaſthuys *ende ſekere quantiteyt van* Peſthuyſen *wordden gemaect ofte omtrent de nieuwe ſtadt; ſelen de voorſ. vier Perſoonen daer over hebben de ſuperintendentie ende toeſicht. Ende ſelen t'ſelve Gaſthuys ende Peſt-huyſen wordden gemaect met hunnen advyſe; te wetene het Gaſthuys in een deel van den Predickeeren clooſtere, d'welck geadminiſtreert mogen wordden by een deel van de Vrouwen weſende in het Rijck-Gaſthuys oft andere. Ende de Peſt-huyſen achter in den Bogaert van de Facuwez ende in een deel van den Facuwes Clooſtere, te weten het quaertier naeſt den bogaert gelegen, ſelen worden geſtelt de Swerte-Suſters om de arme menſchen, die mette voorſ.*

Et erigant nova Hoſpitalia.

In monaſterio Prædicatorum.

In Facons & alibi.

peſte

Anno 1581. April.

peſte verſocht ſijn, te aſſiſteren; oft ſelen t'voorſ. Gaſthuys ende Peſt-huyſen geſtelt wordden in eenich ander plaetſe, oft met eenich ander middel daer op wordden verſien, ſoo ende gelijck Borgemeeſteren ende Schepenen met advijſe van de voorſ. vier perſoonen ſelen bevinden te behooren.

Nomina illorum virorum

Tot allen d'welck ſy, naer voorgaenden denominatie van de Goede-mannen van den Ambachten, gecoren Loys Malapart, Jaſpar van Uffele, Lenaert Maillet, Jan Rademaecker; *de welcke Borgemeeſteren ende Schepenen ordonneren den voorſ. laſt; (als weſende een werck God almachtich ſunderlinge aengenaem, ten dienſte van deſe ſtadt ende ingeſetenen van de ſelve te aenveerden.*

Erigenda iſta Hoſpitalia ex bonis eccleſiaſticis.

Wel verſtaende dat de gedeputeerde tot beneficieren van de geeſtelijcke goeden ſelen hen doen alle mogelijcke aſſiſtentie ende byſtant, ende dat de ſelve oock met auctthoriteyt van Borgemeeſteren ende Schepenen ende by advyſe van de voorſ. vier gecorene perſoonen; de Gaſthuyſen ende Peſt-huyſen ſelen behoorlijck opmaken ende verſien van tamelijcke ende behoorlijck innecommen van de geeſtelijcke goeden.

Ende ſelen allen jaer twee van de vier wordden vernieuwt; ſulcx dat ten uuyterſten geen van hun daer inne langer vacheren ſal dan twee jaren: blyvende des niet te min Borgemeeſteren ende Schepenen behoudende de generale ende particuliere ſuperintendentie, gelijck ſy die altijt gehadt hebben. Aldus gedaen in den Breeden-raet gehouden den 12. april anno MD. eenen-tachentich.

In hoc decreto quædam periodi ſunt incompletæ, adeoque quædam prætermiſſa: volui tamen dare prout ibidem refertur.

Calviniſtæ

Calviniſtæ Antverpienſes, cum in aliis civitatibus ut Mechliniæ, Gandavi & in pluribus Hollandiæ & Friſiæ civitatibus exercitium religionis catholicæ aboliretur & eccleſiaſtici pellerentur; licèt identidem arroderent & continuò conarentur imminuere dictum exercitium, profitebantur tamen publicè ſe non intendere ex hac civitate extirpare Religionis catholicæ exercitium. Catholici Harlemenſes hanc eorum profeſſionem hoc tempore exhibuerunt in Libello ſupplici oblato Principi Orangio ad obtinendam ſeu conſervandam libertatem exercitii ſuæ religionis. Libellus iſte refertur apud P. Bor. *Lib. XVI. fol.* 19. *verſo.* In eo hæc exhibent: *Overmits ſyluyden ſekerlic wiſten, dat tot Antwerpen ende elders meer, oock by advyſe van u P. Eccell., de ro. catholycken in haerlieder exercitie van Religie ende haere goederen ghemaintineert zyn gheweeſt.* Dein poſt pauca: *Ende dat ſulcx wel gevalt, daer d'eene partey beſtaet des anders religie te extirperen met ghewelt, t'welck die gereformeerde tot Antwerpen verclaren gheenſints henluyden voornemen te weſen.* Declaraverant hæc calviniſtæ Antverpienſes; & certè in hoc negotio non tam violenter, nec tam feſtinanter proceſſerunt in hac civitate, ſicut alibi. Anno 1581. April. Calviniſtæ Antv. profitentur ſe nolle extirpare Religi. Cath.

Interim eodem menſe aprili die 22. excitatus eſt Bruxellis ingens tumultus occaſione concionatoris ex ordine Prædicatorum, qui ob conciones calvinianis exoſus erat. Sæpius ab urbis Præfecto petierant ut urbe pelleretur, latrantem eum apellantes moloſſum. Cumque importuni non deſiſterent, veriti catholici nè tandem quod petebant obtinerent, hoc die mox poſt meridiem magno numero ad Præfecti ædes conveniunt, ut concionatori tutò ibi manere liceat petituri. Quo calviniani conſpecto, arreptis Tumultus Bruxellis.

Anno 1581. April. armis in publicum provolant & catholicos illos urbe meritò pellendos clamitant. Catholici è contrà majori numero convenientes, ſe ab eis communi patriâ pelli nolle reſponderunt; ita ut per univerſam urbem armati ac in duas partes diviſi cives ſine dubio pugnam commiſiſſent; niſi fuiſſent quorumdam interceſſione impediti; qui, utrâque parte utcumque pacatâ, ut poſitis armis ad ſua quiſque rediret effecêre: terruerant enim catholicos, quod urbis Præfectus cum præſidiariis ſe calvinianis jungere pararet. Sole ad occaſum tendente pœnale proponitur Edictum, ut homines ſacri cujuſcumque conditionis poſtero die urbe decederent; quique aliquem celâſſet arbitrariam ſubiret pœnam. Ita exiit dictus concionator cum omnibus Dominicanis & Carmelitis multiſque aliis. De Paſtoribus ſeu Parochiarum Curatoribus ſtatutum, nè ædibus ſuis exirent; tandemque ad Arcem Vilvordianam, qui reperti ſunt, captivi ſunt miſſi.

Interdicitur ibidem exercitium Religionis catholicæ.

Denique 1. maii alterum Edictum publicatur, quo exercitia catholica omnia ſuſpenduntur ad tempus (ut dicebant,) ſed magìs volebant ut ſemper... Tunc omnium templorum ac ſacellorum imagines Bruxellæ confractæ, ornamenta ablata ac pro parte direpta; catholicis domi gementibus, quòd tantum admiſiſſent præſidium, ut de perfidia orangiana ulciſci ſe non poſſent. Ità Haræus *fol.* 325.

Edictum illud, quo Bruxellis religio catholica interdicta ſeu ſuſpenſa fuit, refert P. Bor. *Lib. XVI. fol.* 23. *verſo.* Fuit quidem illa interdictio ad tempus ſeu proviſionalis; at omnia proviſionalia calviniſtarum concernentia catholicos, ſemper erant perpetua, ut ab effectu patuit. Cæterùm in eo Edicto Bruxellenſes non tantùm interdicunt exercitium Religionis catho-

licæ,

licæ, ſed inſuper impudenter inſultant Sacramento miraculoſo & ſanctorum Reliquiis, ut vel ſic religionem catholicam redderent inviſam.

Anno 1580. Maj.

Inde Antverpiæ commotio & denudata quædam Altaria.

Quid autem Antverpiæ occaſione hujus tumultûs Bruxellenſis actum ſit, indicat Haræus loco citato. Quibus, inquit, Antverpiam allatis non pauci, qui tabulas ſacras artificioſiſſimè depictas jure majorum in templis ſuas dicebant, ſimiles verentes furias, annuente ſeu conſentiente magiſtratu, locis movent domumque deferunt: Contubernia etiam novemdecim pridiè Pentecoſtes ſua altaria auferunt, relictis ibi in D. Mariæ templo, unà cum exercitio catholicæ religionis, adhuc altaribus viginti duobus uſque ad primum julii. Hæc *Haræus*.

Papebrochius *Annal. Mss.* ſic de ea re loquitur: Feſto, inquit, S. Crucis 3. maji datum Antverpiæ initium fuit denudationi Altarium: primùm eorum, quæ ſex Gildæ habebant in æde mariana, ſingulis ad Cameras ſuas deferentibus pretioſas eorum tabulas, & eccleſiæ clauſæ manſerunt à die 4. uſque ad 10. ejuſdem menſis: dum interim ſimiliter exuuntur Altaria, quæ ibidem habebant Fabri ferrarii & Lignarii, Scriniarii, Ichthyopolæ, Calcearii, Nautæ, Panni-tonſores, Caligarii, Veteramentarii, OEnopolæ, Tabernarii & Pictores. Remanſerunt autem unà cum majori Ara Altaria S. Crucis, Circumciſionis, Ven. Sacramenti, Deiparæ ad Stipitem, SS. Nominis Jeſu, Merciariorum, Pelliparorum, Braxatorum, Tinctorum, Hortulanorum, protrahentium vehicula unius rotæ, S. Urſulæ, Pictorum & Rethorum ſub titulo Caltæ aſſociatorum, Saponariorum, S. Barbaræ, Elee-

Anno 1581. Maj. moſynariorum, Sellariorum & Deiparæ Mediolanenſis. Ita *Papeb.*

Et Eccleſiæ per 7. dies clauſæ.

Dicit hîc Papebrochius eccleſias clauſas manſiſſe à die 4. uſque ad 10. ejuſdem menſis, id eſt, per ſeptem dies: apparenter catholici eas clauſas tenuerunt, eò quod commotio videretur inter calviniſtas, unde timeretur tumultus & iconomachia ſicut Bruxellis: poſt ſeptem autem dies, cum diſparuiſſet apparentia tumultûs eccleſias aparuerunt, & qui altaria necdum denudaverant, ea fidenter ornata reliquerunt.

Nobiles Brab. decernunt venditionem bonorum Eccl.

Interim Nobiles Brabantiæ decernunt venditionem bonorum eccesiaſticorum ſitorum in tota Brabantiâ, idque in alimentationem Prælatorum & eccleſiaſticorum, qui manſerant à parte Ordinum, miniſtrorum &c. ac etiam ad publicos uſus; ut patet ex decreto relato in regiſtro Merciariorum *pag.* 135. quod ſic ſonat.

MYNE HEEREN EDELEN des Landts ende Hertochdoms van Brabant aengaende de vercoopinge van de geeſtelijcke goeden in Brabant bevinden nootelijck, dat eerſt ende voor al behoort gevoordert te wordene d'annotatie van de geeſtelijcke goeden, naer uitwyſen den voorgoende conſenten van den 12. *octobris en* 2. *Septembris* 1580. *ende die inſtructie dyen aengaende. Ende dat men ſal gebieden allen Officieren ende Weihouderen van alle plaetſen in Brabant over-te-brengene met pertinentie ſtaet of declaratie van allen die geeſtelijcke goeden onder henne juriſdictie ende reſort gelegen, in handen van de ſtaten oft in huer abſentie van heuren gecommitteerde, ende dat binnen dry weken oft een maendt naer de inſinuatie van de ſelve. Om die gehadt, daer uuyt te maken eenen generalen ſtaet over Brabant. Ende t'ſelve gedaen den*

Prela-

Prelaten ende andere geeſtelijcken perſoonen, die by de Staten ſijn gebleven, alimentatie te geven naer de qualiteyt van de ſelve perſoonen, ende macht van de geeſtelijcke goeden. Ende daer-en-boven dat van de ſelve geeſtelijke goeden ſullen worden verſien voor huer onderhoudt de Miniſters ende andere kercken-dienaers ende nootelijcke ſchoolen, die Gaſthuyſen, Heylich-Geeſt-huyſen, Peſt-huyſen ende andere aelmoeſſen (huyſen) *ſoo wel ten platten lande als in de ſteden.* Anno 1581. Maj.

Ende aenſiende de voorſ. Edelen den grooten noot van den Lande, ſoude van advyſe ſyn, voor ſoo veel in hun is, te conſenteren, gelijck ſy conſenteren mits deſen, op welbehagen van ſyn V. G ende van de hooft-ſteden, dat men ſoude verkoopen oft belaſten ten platten lande van de voorſ geeſtelijcke goeden totter ſomme van twee hondert duyſent gul· eens; wel verſtaende dat in de voorſ. 200000. *gl. ſal begrepen worden alſulcke ſomme, dyen van Antwerpen toegelaten is, naer vuyt-wyſen t' conſent dien aengaende gegeven... Aldus gedaen, gereſolveert ende gearreſteert den* 18. *Mey* 1581.

Jun.

Occaſione ſuperatæ per regios Brædæ multa ſuſtinuerunt Antverpienſes catholici; & exercitium religionis catholicæ penè totum eſt reſciſſum. Intricata ſunt quæ deſuper ſcribit Papeb. *Annal. Mss.*: Die, inquit, 28. maii *Male-contenti* felici aſtu Bredam occupârunt; cujus rei nuntius vehementer civitatem noſtram conturbavit; & Capitanei omnes cum ſuis vexillis proceſſerunt armati, portis à manè uſque ad meridiem clauſis remanentibus. Interim dum perquiſitio fit per omnes eccleſias, cœnobia & domus catholicorum, eccleſiæ etiam à 19. junii uſque ad 22. julii clauſæ iiſdem ſunt. Interim verò die 22. junii ea, quæ ſervata diximus, Altaria deſtructa quoque

Quid Antverpia ſuſtinuerit occaſione captæ Bredæ.

 ſunt,

Anno 1581. Jun. ſunt, & pretioſa crux ſuper odeo. Die 26. junii idem factum eſt imaginibus & altaribus omnibus, quæ erant in eccleſiis SS. Michaëlis & Jacobi; & 27. in omnibus monialium eccleſiis aliiſque ſacellis, etiam Noſocomii majoris, ac denique 28. in S. Salvatoris. Die 1. julii prodiit & publicatum eſt Edictum, quo ſuſpendebatur proviſionaliter & prohibebatur omne exercitium romanæ Religionis. Sic papebrochius deſcribit ea, quæ Antverpia occaſione ſuperatæ per regios Bredæ ſuſtinuit.

2. Verùm Regii Bredam demùm occupârunt 27. ut *P. Bor.*, aut 28. junii ut *Haræus*: unde ſi verum ſit, quòd 19. junii, ut aſſerit Papeb., eccleſiæ clauſæ & 22. ejuſdem menſis altaria deſtructa; factum id eſt non occaſione captæ Bredæ, ſed occaſione aliâ. Fortè occaſione litterarum, quæ interceptæ fuerunt 15. junii, quas Senatus poſtridiè cum ſua deſuper opinione exhibuit in Concilio lato, proponens duplicandas Vigilias & inſtituendam inquiſitionem rigoroſam per domos in ſuſpectos &c. Litteræ iſtæ cum opinione Senatûs referuntur in regiſtro Merciariorum *fol.* 149. : ſed quid concluſum ſit non notatur. Credendum itaque rem ſic peractam fuiſſe, ut allato 28. junii nuntio de ſuperatâ per Regios Bredâ, ſtatim portæ civitatis & eccleſiæ clauſæ ſint, & num lateret proditio perquiſitio facta ſit in eccleſiis notanter & domibus catholicorum, qui ſemper ſuſpecti erant calviniſtis; & interim Senatum occaſione conſternati populi fabricâſſe Edictum, quo ſuſpenderetur exercitium Religionis catholicæ, quod publicârunt 1. julii. Dein 22. julii eccleſiæ apertæ ſint & libertas relicta ſit catholicis, & fortè illis mandatum auferre inde mobilia

& imagines: quod cum tardè exequerentur catholici, mandatum ſit 24. julii, ut notat *Haraus*, civium Præfectis id exequi, quod & perfecerint 26. in SS. Michaëlis & Jacobi, 27. julii in omnibus monialium monaſteriis, & tandem 28. ejuſdem menſis in S. Salvatoris. Anno 1581. Jun.

Itaque allatum 28. junii nuntium de ſuperatâ per regios Bredâ conſternationem non modicam excitavit inter Antverpienſes propter vicinitatem loci, verentes nè ſimili modo ex improvisò ſubigerentur. Portæ civitatis clauduntur & fit perquiſitio.

Hinc mox portæ civitatis clauduntur & fit rigoroſa inquiſitio in ſuſpectos; & Eccleſiæ catholicorum clauduntur nè convenirent, & perquiſitio notanter fit in eccleſiis & domibus catholicorum. Inde plures tum eccleſiaſtici tum laici; quos ſuſpectos dicebant, apprehenſi ſunt & ipſo die & ſequentibus educti ac exulare coacti; ut patet ex Edicto mox ſubjungendo. Plures eccleſiaſtici & laici educuntur.

Inſuper 1. julii publico Edicto indictum eſt, ut tum hâc occaſione educti, tum omnes anteà ex hac civitate aut aliis fœderatis locis excluſi, etiamſi per conniventiam remanſiſſent aut rediiſſent, exirent intra 24. horas ſub pœna centum coronatorum aut aliàs arbitrariâ. Jul. Etiam qui quatuor annis domicilium non habuerant.

Similiter exire coacti ſunt omnes, exceptis Nationibus, qui ultra quatuor annos domicilium in hac civitate non habuerant; niſi intra quatuordecim dies, aut plures pro diſtantia loci, exhiberent bonum teſtimonium, datum à Magiſtratu aut Conſiſtorio loci, unde venerant.

Verùm Senatus ſecuritatem maximè quærit ex parte Religionis catholicæ, cujus exercitium hâc occaſione & in dictum finem, ut aſſerit Suſpenditur exercitium Religionis catholicæ.

Anno 1581. Jul.

aſſerit in eodem Edicto, ſuſpendit proviſionaliter. Suſpenſionem illam decernit Senatus de conſilio Colonellorum, Capitaneorum & Decanorum Gildarum: non petivit deſuper opiniones Concilii-lati ſeu membrorum civitatis, prout exigebat res tanti momenti, timebat apparenter nè propoſitio rejecta fuiſſet: mentionem tamen facit lati-Concilii, quòd nempè per iſtam ſuſpenſionem intenderet ſecuritatem, quam dictum Concilium illi antè in generalibus terminis commendaverat.

Rationes.

Unicam Senatus hìc ſuſpenſionis illius rationem inſinuat ſecuritatem civitatis; verùm in libello annò ſequenti menſe aprilis oblatò Alenſonio (qui infrà ſuo loco dabitur) in quo indicat ſeſe ultimos fuiſſe in tota Brabantia & Flandria, qui in negotio Religionis modum poſuerunt, aſſerit ſe coactum fuiſſe hanc ſuſpenſionem indicere per inſtantias Colonellorum, Decanorum Gildarum, Capitaneorum, Civium & incolarum, ac per exempla & ſolicitationes vicinorum, id eſt Mechlinienſium, Bruxellenſium, Gandenſium & aliorum, qui jam anteà exercitium illud interdixerant. Hinc colligere poſſumus, quòd Senatus, volens ſatisfacere ſollicitationibus & exemplis vicinorum, & apparenter eorum qui jam diù occultis machinationibus egerant ad eliminandam religionem catholicam, captans occaſionem ſuperatæ Bredæ, ſpecioſo titulo ſecuritatis id exequi voluerit.

Exceptis Baptiſmo, matrimonio &c.

Interim ſuſpenſio illa non tam rigoroſa fuit & univerſalis in hac civitate ſicut in circumvicinis. Interdicitur celebrare & audire miſſam in publico aut ſecreto, & omne aliud exercitium religionis catholicæ præterquàm Baptiſmus, Matrimonium & viſitatio infirmorum

morum ; quæ permittuntur ſine notabili concurſu, ſicut & ſepultura mortuorum ſine ceremoniis : permittuntur autem illa reſpectu civium & incolarum civitatis & ſuburbii, non reſpectu advenarum. Anno 1581. Jul.

Ad ea, quæ permittebantur, exercenda duo loca aſſignantur, Capella Gratiæ & Capella gerontocomii B. M. viâ *de Kerck-hof-ſtraet.* Et eligendi erant ſex eccleſiaſtici pacifici, qui Senatui jurarent fidelitatem & obſervantiam hujus Edicti : omnia autem hæc ſub pœna centum Coronatorum aut aliàs arbitrariâ. Latiùs hæc patent ex ipſo Edicto, quod ex impreſſo (*Placcaert*) ſubjungo.

Ad quæ aſſignantur duæ capellæ & ſex eccleſiaſtici.

GHEBODEN ende wytghe roepen by mijnen Heeren den Schouteth, Borghemeeſteren, Schepenen ende Raedt deſer ſtadt van Antwerpen op ten eerſten Julii 1581.

Edictum deſuper.

ALSOO Borgemeeſteren *ende* Schepenen *deſer ſtadt van Antwerpen, met voorgaende advijſe van den Collonellen, Capiteynen ende Dekens van de ſeſſe geſworen Gulden der ſelver ſtadt, tot ruſte ende verſekeringe van de voorghenoemde ſtadt (welcke verſekeringhe den ſelven Heeren by den Breeden-raet is gerecommandeert) geraden ende nootelijck bevonden hebben, by proviſien te doen* ſchorſſen *ende ophouden alle* exercitie van de Roomſche Religie.

Soo iſt dat men van wegens des Schoutets, Borgemeeſteren ende Schepenen voorſchreven ghebiedt, dat niemandt, wie hy zy, hemen vervordere binnen deſer ſtadt, vryheyt oſt t' gebiet der ſelver eenighe Miſſe *in 't ſecreet oſt openbaer te doen, laeten doen oſt te hooren, noch eenighe andere exercitie van de voorſ.* Roomſche Religie, *dan alleenelijck van* doopen, trouwen *ende* ſiecken te beſoecken, *ende dat ſonder merckelijcke vergaderinghe : oock dat ſy heur* dooden *ſonder ceremonien zullen* begraeven : *ende dat alleene in reſpecte van den borgeren ende inghe-ſetenen deſer ſtadt ende vryheyt der ſelver ; ſonder*

dat

Anno 1581. Jul. dat den vrembdelinghen, eeninchſints tot dien eynde alhier te commen, ſal weſen toegelaeten; waer oppe elcken Capiteyn in zyn quartier zal toeſicht nemen.

Ende toe ſulcken exercitie van doopen ende trouwen zullen den voorſ. van de roomſche Religie toegeſtelt worden twee plaetſen, te weten de Capelle van Gratie ende de Capelle van onſe Vrouwe Godtshuys in de Kerck-hof-ſtraete: ende ſullen tot bedieningbe des voorſchreven toegelaeten exercitie gecoſen worden ſeſſe vreedſamighe geeſtelijcke perſoonen, de welcke den Magiſtraet eedt van ghetrouwicheyt, ende van deſe ordonnantie in alles onverbreck-lijck t'onderhouden, doen zullen: ende dit alles op de pene van hondert croonen tot profijt van den armen, te verbeuren by den genen die eenichſints contrarie van deſen hem zal vervordert hebben te doene, oft anders arbitralijcke ghecorrigeert te worden.

Item voorts, dat alle perſoonen ſoo geeſtelicke als werelijcke, eertyts ende byſondere den XXVIII junii leſt-leden ende daer naer wt deſer ofte andere onſe mede-bontgenotige plaetſen wtgeſeght zynde, al waert oock dat ſe by ghedooghe oft anderſints hier ghebleven oft wederomme ghecomen waeren, zullen binnen XXIV. uren hen vertrecken buyten deſer ſtadt, vryheyt ende Marcgraeſſchap der ſelver, ſonder wederomme te keeren; t'en zy met expreſſen oorlof ende conſente van den voorſchreven Heeren ende andere tot kenniſſe van dien ghedeputeert, op de pene ende te bekeeren als boven.

Item dat van ghelycken zullen vertrecken, wtgenomen de Natien, alle de gene die ſedert vier jaren herrewaerts binnen deſer ſtadt zyn commen reſideren, wt eenighe van onſe bontgenotige oft wthemſche ſteden oft plaetſen, ten waere zy binnen XIIII. daghen naeſtcommende, oft meer naer advenant van der diſtantien van de plaetſen, brochten wettelijcke ende loffelycke ghetuygeniſſe van henne perſoonen, hen verleent by de Weth oft Conſiſtorie, daer ſy leſt ghereſideert hebben...

Sub-

Subſcriptum *Ghearreſteert in Collegio als voore, my daer by ſynde Hoboken* Et infrà : *ghepubliceert ten voorſ. daghe door expreſſe ordonnantie van mynen voorſchreven Heeren Borgemeeſteren ende Schepenen G. Kieffel.* Anno 1581. Jul.

Sic reprimebatur hoc tempore exercitium Religionis catholicæ in hac civitate, in qua jam ultra nongentos (quod ſcitur) annos in ſumma libertate viguerat.

Iconomachia generalis.

Conſiderandum relinquo, quantam illud Edictum conſternationem induxerit inter catholicos, quantum gaudium inter heterodoxos, qui Religionem catholicam eliminatam volebant. Interim eccleſiæ clauſæ manſerunt uſque ad 22. julii, quando conceſſum eſt catholicis, ut ornamenta, Imagines & tabulas Altarium inde auferrent; quod, ut aſſerit Papebrochius, ipſo die factum eſt in eccleſia matrice, ubi reliqua altaria denudata ſunt & Crux ſuper odeo depoſita. Cum autem catholici tardiùs in eo procederent, ſperantes fortè revocandum illud Edictum, aliquot (inquit Haræus *pag.* 328.) civium Præfectis datum eſt negotium, ut quidquid in templis reſtaret imaginum altariumque ſubmoverent; quod 24. julii egregiè perfecerunt, nempè in B. Mariæ; &, ut Papebrochius, 26. imaginibus & altaribus omnibus, quæ erant in eccleſiis SS. Michaëlis & Jacobi; ac 27. in omnibus monialium eccleſiis atque cœnobiis aliiſque ſacellis, etiam Noſocomii majoris; ac denique 28. in S. Salvatoris. Ita executio hæc reputari poteſt altera Iconomachia generalis.

Capitulum pergit agere partes vicariatûs.

Licèt autem res catholicorum in tam miſerando ſtatu forent, Capitulum tamen ſede vacante ſupplebat vices vicariatûs; & per duos annos adhuc perſeveravit ſua peragere,

Anno 1581. Jul.

ut conſtat ex regiſtro Actorum Vicariatûs, in quo Acta continuatâ ſerie notata vidi uſque ad 22. aug. anni 1583. Et catholici ſic arctati, quantùm potuerunt, Religionem ſuam obſervabant; & Feſta eccleſiæ ſuo modo celebrabant clauſis officinis, quod demùm anno ſequenti inhibitum fuit, ut infrà dicetur.

Lutherani cum calviniſtis foedus ineunt.

Notandum quod Haræus loco citato indicat, nempè hâc occaſione calvinianos inito fœdere cum Lutheranis invicem contra hoſtes ſuæ Religionis juraviſſe. Si hoc verum ſit, certè primæ ſunt vices, quibus lutherani ſe junxerint calviniſtis: ſuprà enim vidimus lutheranos, poſt repreſſum anno 1523. in hac civitate Lutheraniſmum, ſe ſemper continuiſſe ac potiùs catholicis quàm calviniſtis ſe junxiſſe.

Rex Hiſp. declaratur decidiſſe a dominio Belgii. &c.

Intereà dum hæc agebantur Antverpiæ, fabricatum eſt Edictum & 26. julii in Haga-comitis publicatum hoc titulo: Edictum Ordinum generalium Provinciarum unitarum, per quod ex rationibus in eodem Edicto prolixè recitatis declaratur, Regem Hiſpaniarum excidiſſe Præfecturis & Dominiis dictarum Provinciarum inferiorum; & prohibetur, nè quis deinceps ejus nomine aut inſigniis in dictis Provinciis utatur. Datum in Haga-comitis 26. julii 1581. Edictum illud circumfertur typis Plantinianis vulgatum & refertur apud P. Bor. *Lib. XVI. fol.* 35. *verſo.* Querelæ præcipuæ, quas in eo adferunt, ſunt Edicta ſanguinaria contra hæreticos, ut volunt, reclamantibus Provinciarum privilegiis, multis annis uſurpata. Verùm Edicta illa non erant adeò contra hæreticos, quàm contra acta ſeditioſa hæreticorum, qui contranitente Rege & reclamantibus Provinciarum Privilegiis,

legiis, vi & armis conabantur introducere in Belgium & publicè exercere novas religiones; quæ jam Germaniam, Angliam & Galliam ſeditionibus compleverant, ut patet ex procœmiis dictorum Edictorum. Queruntur de erectione Epiſcopatuum, quorum Epiſcopi fuiſſent loco Abbatum inter membra Statuum: de hoc queruntur illi, qui jam diù contra privilegia Provinciarum Prælatos, qui conſtituerant primum Statuum membrum, ex ordine Statuum deturbaverant. Queruntur de incorporatione Abbatiarum, tamquam factâ contra intentionem fundatorum; qui jam bona Abbatiarum arripuerant & vendebant ad prophanos etiam uſus. Sed inprimis, inquit Haræus, illud multis præpoſterum viſum eſt, Regem Hiſpaniæ non priùs ab iis coram Imperatore aut aliquo vicino Rege fuiſſe accuſatum; ſed ipſos Ordines in hoc Edicto ſimul eſſe actores & judices.

Cum jam Ordines Regi ſic renuntiâſſent, novam fabricârunt formulam juramenti, quæ ſerviret, donec Alenſonius adveniret; & eam decreverunt 29. ejuſdem menſis julii: ſic autem ſonabat. Novum juramentum per Ordines fabricatum.

ICK SWEER ICK, dat ick voertane den Coninck van Spaengien niet meer reſpecteren, onderdanich zijn oft kennen ſal voor mijnen Prince oft Overheere: maer dat ick den ſelven Coninck van Spaengien ſal verlaten, ende my houden voor ontſlagen van alle plichten ende verbinteniſſen, daer mede ick hem voortyts van wegen deſer landen verbonden mach geweeſt zijn in eenigher manieren. Belovende ende ſweerende voorts de geunieerde Nederlanden, namentlijck den Provincien van Brabant, Gelderlant, Vlaenderen, Hollant, Zeelandt &c. ende heure geaſſocieerde, mitsgaders oock den Landtraedt ende Overheyt by den Staten van de voorſchreve Provincien innegeſtelt, getrou, gehoorich ende geduldt

1581. Jul. *gebuldt te weſen, ende de ſelve alle behulp ende aſſiſtentie, na myn vermoghen, te doene tegens den voorſ. Coninck van Spaengien, zyne adherenten ende alle andere des landts vyanden: ende voorts alle te doene, dat goede ende getrouwe ingeſetenen ende landtſaten van de voorſeyde gheunieerde landen ſchuldich zyn te doene: ſo help my Godt almachtich.*

Aldus gedaen ende beſloten in de vergaderinge van de generale Staten der geunieerde Nederlanden in s' Graven-hage den 29. julii 1581. Onder ſtont geſchreven: ter ordonnantie van de voorſ. Staten: ende was onderteekent: Houfflyn: Sic formulam iſtam refert P. Bor *ibid. fol* 38.

Exigitur. Juramentum illud exactum fuiſſe refert Strada *pag.* 211. à locorum Gubernatoribus, Magiſtratibus ac militiæ ducibus: pleriſque, inquit, exhorreſcentibus, nec paucis ſacramentum palam detrectantibus, eòque ad regias partes & Farneſii caſtra diſcedentibus. Obſervatum multos inter jurandum horrore correptos hæſiſſe; & quaſi faterentur à ſe deficere, dum deficerent à Principe, ſuâ ſe conſcientiâ prædamnâſſe: inter quos *Raldam* nobilem Friſiæ Conſiliarium, Levardiæ in ipſa ejuratione deſtitutum repentè viribus concidiſſe ac ſtatim expiraſſe, memorant ſcriptores Belgæ: agitante interim convivia cum Ordinum delegatis Orangio, ſpeſque ſuas imperio propiores ſuper Hiſpanorum ruinis attollente; ſimulque hæreticis funeſtè cum eo geſtientibus, eodemque tempore è Provinciis Regem, eodem è templis, Deum exturbare feſtinantibus. Hæc *Strada*.

Aug. Sperabant interim fœderati ſe brevì recepturos novum aſſumptum Principem ALENSONIUM. Venerat is cum exercitu vigintiquinque millium, tum peditum tum equitum, rectà Camaracum à Parmenſi dudum obſeſſum; & menſe auguſti Cameracum ab obſidione libe-

Expectatur fruſtra Alenſonius.

raverat

ſtaverat & caſtrum Cambreſium obſidione cinctum deditione acceperat. Ad hæc Ordines fœderati & Orangius inſtabant, ut cum ſuo exercitu agmina hoſtium perrumperet & in intimum Belgium veniret. Verùm Dux prætendens quod hiems inſtaret, Ordinum poſtulata non præſtitit, & demùm anno ſequenti advenit & receptus fuit. Anno 1581. Aug.

Die 25. aug., inquit Papeb. *Annal. Mss*, chorus baſilicæ Marianæ, deſtructis quibus cingebatur parietibus & ſubſelliis ac reliquo omni ad divinum officium apparatu, patefactus undique eſt; monumenta ſepulchralia ſubmota, aliterque diſpoſiti grandiores lapides fundo altiùs ſublato. Quid autem factum inſignibus Equitum Velleris aurei anno 1556. ſuper ipſa locatis; an abolita prorſùs vel alibi poſita, unde poſteà relata ſint; equidem non habeo undè definiam. Hoc conſtat quædam odeo proximiora fuiſſe confracta, quando Crux ænea inde detracta fuit. Parietes & ſedilia Chori B. M. tolluntur.

Eccleſiæ porrò, quas ſibi vendicârunt hæretici, fuerunt hæ: *Reformati* aſſumpſerunt eccleſias S. Andreæ, S. Jacobi, Prædicatorum, Jeſuitarum, Bogardorum ac denique S. Mariæ: Lutherani verò ſervaverunt ſibi Eccleſias S. Georgii, S. Walburgis & Carmelitarum cum ſacello Panni-parorum. Ità *Papebrochius*. Suprà vidimus reformatos etiam occupâſſe eccleſiam Minoritarum, quam indubiè hactenùs poſſidebant. Eccleſiæ occupatæ per heterodoxos.

Pergit *Papebrochius*: Quod attinet ſanctimonialium monaſteria & eccleſias, qualis eorum earumque ſtatus fuerit poſt inhibitum omne catholicæ Religionis exercitium, licebit utcumque æſtimare ex unico Falcontino, cujus regiſtrum, jam ſæpè citatum, eâdem diligentiâ huc uſque continuatum invenitur. Regebat illud Status Cœnobiorum monialium.

Anno 1581. Aug.

illud tunc Dominus *Ægidius Buth* ex Corſendoncano monaſterio aſſumptus, & annis omninò decem in officiò ſocii probatus priuſquam anno 1560. Rector 31. conſtitueretur:

Facontinarum. Prioriſſam autem agebat ordine XV. Domina *Anna Buys* àb anno circitur 1566.: qui intellecto mandato ambo Leodium ſe receperunt, ibique piè obierunt, antequàm civitas ad obedientiam ſui Regis rèduceretur. Secutæ eòdem ſunt ſorores germanæ duæ *Van Vlierden* dictæ & donata una *Maria van den Broeck*. Reſtabant in monaſterio ſanctimoniales Nonnæ vinginti-octo; Laïcæ ſeu Donatæ multæ. E prioribus decem in domibus monaſterii relicta eſt habitatio, putà infirmaria & calefactorium; aliæ octodecim apud parentes & conſanguineos ſe receperunt, quia meliora loca occupabant hæretici: niſi quòd quæſtor monaſterii *Paulus Boex* habitabat in Veſtiariis. Aream circumjacenteſque ei cameras occupabat Capitaneus quidam cum aliquot militibus: Prædicans hæreticorum eccleſiam & ſacriſtiam. Ità *Papebrochius*. Suprà vidimus, hoc anno menſe januarii partem hujus monaſterii deſignatam fuiſſe erectioni hoſpitalis peſtiferorum.

Clariſſarum. Moniales Clariſſæ fugerunt ad monaſterium Clariſſarum Trevirenſium, ex quo, ut ſuprà vidimus, derivatæ erant anno 1455., & ibidem manſerunt uſque dum civitas reducta eſſet ad obedientiam Regis; quando menſe ſeptembris 1585. ad derelictum monaſterium redierùnt. Sic Auctor *Chor. FF. Minorum Antv.* apud Sanderum *Cap.* 8. *par.* 2. An autem aliquæ ſorores remanſerint in monaſterio, ſicut in Facontino, non liquet. Conſtat interim hoc monaſterium divenditum fuiſſe, & per illud, ſicut per monaſteria Prædicatorum & Minorum, ductas fuiſſe plateas & con-

ſtructas

ſtructas fuiſſe civium domus, quæ poſt reductam civitatem dirutæ fuerunt. Anno 1581. Aug.

Moniales hoſpitalis S. Elizabethæ perſeverârunt in ſuo monaſterio & in ſervitio infirmorum, non in habitu moniali ſed filiarum devotarum. Sic fert traditio loci. Verùm conſtat ex rationibus loci religionis catholicæ exercitium illic perſeverâſſe uſque ad dictum menſem julium & Sacerdotibus ſolutionem factam eſſe uſque ad ultimum menſis; quando illic inſtitutus eſt prædicutius *Arnoldus Wils*, qui prædicabat in Ægrotorio. Hic duobus annis munus illud obivit & obiit; ſucceſſitque ei *Everardus Spannenberch*, qui egit uſque ad reductam civitatem.

Hoſpitalis S. Eliz.

Sic etiam indubiè Sorores nigræ remanſerunt in ſuo monaſterio; quia deſtinatæ erant, ut ſuprà vidimus, ad deſerviendum in Hoſpitali peſtiferorum, erigendo in monaſterio Facontinarum.

Nigrarum Sororum.

Quantum ad reliqua monialium monaſteria hoc tempore in hac civitate exiſtentia, nempè Leproſarii vulgò *Ter-Zieken*, Victorinarum, Tertiariarum ac Albarum Sororum, nihil notatum inveni.

In fervore hujus turbulentiſſimi anni Archidux Mathias, qui, ut dixi, dudùm anno ſuperiori Præfecturam belgicam depoſuerat & hactenùs commeatum ſe dignum exſpectârat, demùm 29. octobris hujus anni Antverpiâ in Germaniam diſceſſit, nullam, inquit Strada, ab Ordinibus gratiam conſecutus & longum Hiſpani Regis odium promeritus, relictâ Alenſonio perſonâ in eodem Belgii theatro nec diutiùs nec feliciùs ſuſtinendâ. Octob.

Archidux Mathias diſcedit.

Novemb.

Die 19. novembris, inquit Papebrochius *Annal. Mss.*, Magiſtratus cum toto curiali miniſterio, poſt incendium domûs Civicæ uſus

Magiſtratus redit ad reſtauratam Curiam.

Anno 1581. Novemb. refugio Bernardinorum nunc (*imò & tunc*) in palatium Epiſcopale converſo, ad novam jam reſtauratam Curiam ſeſe collegialiter tranſtulit. Ubi Penſionarius primùm omnes allocutus eſt, deinde apoſtata Abbas (*Thomas Thielt*) ſermonem fecit coram Magiſtratu jam toto hæretico & mox in annum ſequentem continuando. Sermonem ſecuta eſt cœnæ calviniſtæ diſtributio in choro Mariano, tamquàm profeſſio religionis jam univerſaliter reformatæ. Sic *Papebrochius*.

Solemniter & ritu calviniano.

Decemb. Die tertiâ menſis decembris, ut notatur in regiſtro Merciariorum, renovatus eſt Magiſtratus, & Burgimagiſtri facti ſunt *Philippus Schoonhove* & *Petrus van Aelſt*, inductique ſunt in poſſeſſionem per Principem Orangium perſonaliter præſentem. Hi itidem per duos annos munus iſtud obiverunt.

Renovatur Magiſtratus.

Quartâ decembris in feſto S. Barbaræ quotannis eligebantur & inſtituebantur novi Eleëmoſynarii: eligebantur autem per Eleëmoſynarios viri quatuor, ex quibus duos ſeligebat Senatus, idque juxta antiquum privilegium. At cum Eleëmoſynarii hactenùs boni eſſent catholici, non niſi catholicos elegiſſent & Senatui præſentâſſent; cumque catholici jam ab omni officio excluſi eſſent, non placebat eos ultrà admittere ad hoc publicum munus: unde viri illi, qui hactenùs inclamaverant obſervantiam privilegiorum, etiam hoc privilegium abrogârunt & electionem eleëmoſynariorum non ultrà ferentes, eam rejecerunt; ac ſuæ fortis homines eleëmoſynarios inſtituerunt hâc vice & tribus ſequentibus annis. Nomina autem ſic inſtitutorum in catalogo eleëmoſynariorum non referuntur, ſed illorum loco legitur: *Proh! dolor! non ordinarii ſed intruſi.*

Eleëmoſynarii non eliguntur ſed intruduntur.

ADRIANUS

Anno 1581. Decemb.

Adrianus Adriani S. J.

ADRIANUS ADRIANI ſeu *Adriaenſens* Antverpienſis Societatis Jeſu obiit Lovanii hoc anno 18. octobris. Plura edidit opuſcula pia, quæ refert Fop. *Bibl. Belg. pag.* 9. & latiùs D. Paquot *Mem. litt. tom. II. pag.* 300. Auctor Imaginis prim. ſec. eum pluribus laudibus attollit *Lib. IV. cap.* 5.

1582.

Bellum hujus anni.

Totum annum 1582. iterum occupat bellum inter Regios & Orangianos; utrimque ſtrenuè actum; utrimque victoriæ; utrimque loca capta & recepta: non tamen prope Antverpiam, niſi quòd intercepta ſit per Regios Lira; quod ſupra modum conturbavit cives; qui nè hoſtes ultrà ſe munirent prope civitatem, exierunt & deſtruxerunt monaſterium S. Bernardi.

Sex deputati ad bona eccle. partim mutantur.

Sex viri deputati ad conſervationem & directionem bonorum eccleſiaſticorum duobus jam annis munus illud obiverant; & præcedenti anno ſtatutum fuerat, ut quotannis medietas illorum mutaretur; & tribus remanentibus in functione, reliquorum trium loco tres alii ſubſtituerentur. Rogant itaque hoc tempore viri illi, ut ſubſtitutio illa jam fieret. Collegium autem illud ſic inſtitutum erat, ut duo conſtituti eſſent per Magiſtratum, duo per Vico-magiſtros & duo per Opificum collegia. Senatus itaque uno à ſe conſtituto retento, alium loco ſecundi nominat; & rogat ut alia civitatis membra ſimiliter agant.

Adjungitur illis cura hoſpitalium.

Inſuper 12. aprilis anno præcedenti, ut ſuprà vidimus, inſtitutum erat novum collegium quatuor Virorum, qui ſuperintenderent hoſpitalibus & piis domibus non exiſtentibus ſub directione eleëmoſynariorum ac eleëmoſynis erogandis in monaſteriis; & curarent erectionem novorum hoſpitalium infirmorum & peſtiferorum. Cumque Viri illi peterent & urgerent

Anno 1582. Januar. liberari ab iſto onere, & fortè tardè in munere ſuo proceſſiſſent; judicavit Senatus collegium illud ſupprimendum, & functiones illorum injungendas ſupradicto collegio ſex deputatorum ad directionem bonorum eccleſiaſticorum; & petit ut alia membra in eo conſentiant. Patet ex propoſitione Senatûs facta in Concilio-lato 30. janu. 1582., prout refertur in regiſtro Cameræ Panniparorum *fol. 202.*, unde eam ſubjungo.

Declaratio deſuper. *IS OICK verthoont, dat alſoo de gedeputeerde tot beneficieren van de geeſtelijcke goeden binnen deſer ſtadt nu by naer twee geheel jaren hebben gedient, ende dat in den Breeden-raet gehouden den 12. en 22. April leſtleden is geſecht, dat de ſelve ſouden worden verandert, ende dat t'ſelve aldergevuechlixſte voortane ſal geſcieden in't veranderen van de Weth; mits dat altyt, ende zoo lange als men de camer ſal van noode hebben, de helſicht onverandert ſal blyven, op dat eenige altyts kenniſſe moghen hebben van de ſaecken. Soo hebben myne Heeren* Borgemeeſteren *ende* Schepenen *verclaert ende verclaren mits deſen, dat van hennen t'weghen ſal blyven dienende* Cornelis *oude Schepen; ende hebben tot dyen daer bygevuecht ende genomineert, om dit toecomende jaer te vaceren,* Mr. Matheus de Lannoy *Schepene: begeerende dat de* Hooftmannen *ende* Wyckmeeſteren *ende* Goede-mannen *van den Ambachten oick gelieve te nomineren die gene, die ſe verſtaen dat van hennen t'weghen ſal blyven in dienſte, ende eenen anderen te ſubſtitueren in plaetſe van den afgaenden: wel verſtaende dat perſoonen werden genomineert, die daer inne hen moghen employeren ende de camere cunnen gadeſlaen, op dat t' proffyt van der ſtadt ende het onderhout van de* Miniſters, *van*

van den Scholen *ende van den* Armen , *als daer aff meeſt dependerende , mach gadegeſlagen worden.* Anno 1582. Janu.

Ende aengeſien over lange in de Breeden-raedt gebonden den . . . (12. April 1581.) *ſyn geordonneert geweeſt* vier perſoonen , *die verſtaen ſouden tot het maecken van de nieuwe* Gaſthuyſen *ende* Peſthuyſen *ende anderſins , gelijck dat blyck by de acte daer aff gemaect ende hier bygevuecht ; ende dat de ſelve perſoonen hen reſpectivelijck excuſeren ende ſommige van hen legitime ontſchult ſchynen te hebben , daer deure alſulcke loffelijck ende noottelick werck wort te rugge geſtelt ; ſijn* Borgemeeſteren *ende* Schepenen *van advyſe , dat mits redenen voorſchreven , ende om anderſſins ſoo luttel Commiſſariſſen ende Collegien te maecken als het mogelijck is , dat de voorſ.* Camere *van de geeſtelijcke goeden alſoo vernieuwt , gelijck hier voren is geſecht , ſal hebben de adminiſtratie , die de voorſchreven* vier perſoonen *gehadt ſouden hebben , ende hen in alles reguleren naer de voorſchreven Acte. Begeerende dat mynen Heeren de* oude Schepenen , Hooftmannen *ende* Wyckmeeſteren *ende* Goede-mannen *van den Ambachten hen believe daer mede te conformeren , om alle voorder alteratie ende vuytſtel tot grooten intereſt van den armen te ſchouwen.* Actus ille refertur ſuprà ad an præcedentem.

Renovati Magiſtratûs primum mandatum fuit promulgatum 8. februarii , prohibens nè poſt hac Feſta ulla celebrarentur præter triduum Paſchæ & Pentecoſtale cum nonnullis diebus publicæ comprecationis. Ita Papeb. *Annal. Mſs.* Verùm apud alios nihil deſuper legitur. Et habemus Edictum deſuper publicatum 27. julii anno 1583. , quod infrà ſuo loco dabitur ; unde præſumus , id hîc præpoſterè poſitum fuiſſe. Febr. Abrogatio Feſtorum.

Anno 1582. Febr.

Alenſonius in Belgium veniens recipitur in Zelandia.

Non obſtante continuâ inſtantiâ jam penè per annum ALENSONIUS, novus per Ordines electus fœderati Belgii Princeps, tardaverat venire in Belgium, novi Principatûs aditurus poſſeſſionem; cum ecce nuntiatur, eum decreviſſe ſub initium februarii ſolvere ex Anglia in Belgium. Orangius & Eſpinojus ac Legati Ordinum eum recepturi tendebant in Zelandiam. Octavâ febr. ex Anglia ſolvens Vliſſingam Zelandiæ 10. ejuſdem poſt meridiem appulit, comitatus, præter Gallos ſuos Proceres, etiam Liceſtriæ Duce aliiſque nobilibus Anglis ac mediocribus peditum equitumque copiis. Proceſſerant ei mari obviam Orangius & Eſpinojus cum Ordinum Legatis ad duo milliaria, ſalutavêreque ſe mutuò ingenti tormentorum, tympanorum ac tubarum reboatu. Vliſſingæ, Midelburgi ac quocumque venêre incredibili ſplendore ac ſumptu fuêre excepti. Haræus *pag.* 334.

Antverpiæ parantur omnia ad eum recipiendum

Intereà Antverpiæ parabantur omnia ad eum ſolemniter recipiendum; parabatur ipſi palatium in S. Michaëlis; parabantur arcus triumphales, convivium, rhedæ, equi, donum & ſimilia ordinaria in tali receptione. Cum autem ad hæc ingens ſumma neceſſaria eſſet, propoſuit Senatus in Concilio-lato levandas pecunias ad reditum: cumque obtinuiſſet conſenſum 8. febr. hoc deſuper fecit Decretum relatum in regiſtro Panni-parorum *fol.* 261. Subjungo autem illud vel ideò, ut pateat Ordines hoc tempore incubuiſſe venditioni bonorum eccleſiaſticorum degentium ſub Regiis, & pretia eorundem applicâſſe ad ſolvenda ſua debita; illos, inquam, qui anteà inſimulabant Regem, quòd uniret Abbatias Epiſcopatibus præter intentionem fundatorum.

ALSOO

ALSOO promtelijck van noode is te vinden de ſomme van 24. duyſent R. gul., om met alle eerbiedinge te ontfanghen de Hoocheyt van den Hertoge van Anjou *in deſe ſijne ierſte incompſte als* Hertoge , Grave *ende* Heere *van de Provincien van de Nederlanden , ende namelijck in deſe ſtadt ende Landen van Brabant , volgende den contracte met ſyne Hoocheyt gemaect : ende om tot dyen eynde ſijne* Hoocheyt *te beſchencken met een Preſent van* twelff duyſent rinſguldens *volgende de conſenten by de Leden daer toe gegeven : om te furnieren de oncoſten van den banquette, triumphale bogen , reparatien van den paleyſe , coetſen , peerden ende veele andere diergelijcke ſaecken , in alſulcke ierſte ſolempnele incomſte geheel noodich ſynde.* Anno 1582. Febr.

Decretum Senatûs ad inveniendos ſumptus.

Soo eeſt dat Borgemeeſteren, Schepenen, oude Schepenen, Hooftmannen ende Wyck-meeſteren ende Goede-mannen van den Ambachten hebben Treſoriers ende Rent-meeſtere deſer ſtadt geauctheriſeert ende gecommitteert in den Breeden-raedt gehouden den 8. *deſer maent february , om de voorſcreven ſomme van vier-en-twintich duyſent R. g. op-te-lichten : ende hebben tot dien eynde de voorſcreven Leden deſer ſtadt in den voorſ. Breeden-raedt geconſenteert , dat de caſſe van Reductie ſal wordden voor de voorſ. ſomme (metten intereſte teghens acht oft thien ten hondert ten hoochſten , oft vele min , als ſy de voorſcreve penninghen tot minſte ſchade van der ſtadt connen becomen) verbonden : met conditie dat daer vuyt alle weken ſal gelicht wordden de ſomme van vyf hondert R. g. totter volder betalinge toe. Ende ten eynde de voorſcreven caſſe van Reductien ende rentieren daer op geaſſigneert nyet en werden geintereſſeert , hebben vooris tot verſekerheyt van de*

Anno 1582. Febr. *de voorſ. caſſe van Reductie, ende om van de voorſ. ſomme met den voorgeruerden intereſt geremburſeert ende voldaen te worden, verbonden de vyftich duyſent R. g., de welcke de Staten van Brabant deſer ſtadt ſchuldich ſijn ende geaſſigneert hebben op de geeſtelijke goeden gelegen ten platten lande; ende alſoo alreede eenige geeſtelijcke goeden vercocht ſyn, ende van weghen deſe ſtadt innegecocht, om de voorſ. vyftich duyſent gulden daer ane te verhalen; dat de ſelve innegecochte goeden metter ierſten wederomme ſelen wordden vercocht, om mette penninghen daer aff procederende de voorſ. caſſe van Reductie te voldoen; alles onvermindert ende ſonder preiuditie van den voorſ. conſente gedraghen den 4. en 11. octobris, ende aſſignatie gegeven in regarde der 12000. gulden gedeſtineert totten voorſ. Preſente op de quotiſatie en middelen van fortificatie ende Stadts-huyſe.*

Ghéleſen ende gearreſteert in Collegio, ende geordonneert den voorſ. Treſorier ende Rentmeeſter hen naer inhoudt van deſen te reguleren, ende de ghene, die de penningen furnieren, te verleenen de aſſignatie ende andere beſcheeden daer toe noodich. Actum 12. febr. an. 1582.

Alenſonius recipitur Antverpiæ. Decimo octavo ejuſdem februarii Alenſonius ac omnis comitatus ſummo mane Armudâ vela dantes, in Lillo pernoctârunt, & poſtridiè 19. ejuſdem Antverpiam pervenêre; deſcendenteſque ad locum *'t Kiel* (qui vicus eſt ſuburbii ad meridiem) ab omnibus orangianorum ordinum Legatis ALENSONIUS receptus, in conditiones Burdegali ab anno conceptas ſolemniter juravit in theatro magnifico ad hoc erecto, & inauguratur Dux Brabantiæ; ſicque ſolemnibus ceremoniis veſtitu ducali indutus

indutus à civium Legionibus per portam Cæſaream & ſpatioſiores deinde urbis plateas ſplendidiſſimis arcuum triumphalium & aliorum pegmatum apparatibus inſtructas; denique ad Abbatiam S. Michaëlis, ubi ei erat parata aula, perductus eſt. Inter eundum hinc indè aurea argenteaque moneta ſpargebatur, quæ in uno latere Alenſonii habebat effigiem, ab altero ſolem aërem nubilum purgantem cum ſubſcriptione: *Fovet & diſcutit.* Inter alia in Arcu ad portam Cæſaream, quæ & D. Georgii, hi erant verſus inſcripti; Anno 1582. Febr.

Abſtulit ut Regni Dominus moderamina Sauli,
Præfecitque ſuo Regem Davida popello;
Sic modò depulſis Patriâ Regnoque tyrannis,
Dux generoſe, tuo voluit nos Marte tueri.

Ita hi verſus: ſed quàm infelici omine docebit ſequens variis locis narratio. Ita Haræus *pag.* 334.

Die 22. ejuſdem menſis comparuit Alenſonius in foro in theatro magnifico erecto ante Curiam inaugurandus Marchio ſacri Romani Imperii. Penſionarius *Van der Werck* dictâ brevi oratione prælegit ei gallicè formulam juramenti, quod præſtitit in manus D. *Philippi Van Schoonhoven* primarii Burgimagiſtri. Dein prælectum juramentum ei præſtiterunt Senatus & cives: quo facto Princeps bis terve plenâ manu ſparſit in populum auream argenteamque monetam ac clangentibus tubis cum principibus & nobilibus deſcendit in Curiam, in qua ſplendido convivio per Senatores exceptus eſt. Veſperì ſtructi ſunt per totam civitatem feſtivi ignes. Habemus pompam hanc ad amuſſim deſcrip- Inauguratur Marchio S. R. J.

Anno 1582. Febr.

deſcriptam per anonymum Gallum ſub titulo *La joyenſe & magnifique entrèe de Monſeigneur FRANCOIS fils de France & frere unique du Roy, par la grace de Dieu Duc de Brabant, d'Anjou, Alençon, Barri &c. en ſa tres-renommee ville d'Anvers.* à Anvers Plantin 1582. fol. fig. pag. 46.

Deſcriptis ejus.

Inſuper habetur: *Carmen gratulatorium in Inaugurationem lætumque urbis Antverpienſis introitum Franciſci Valeſii Ducis Alençonii anno Domini MDLXXXII.* Antv. 1582. 4°. confectum per *Ælſium Eduardum Leon* Friſium, qui per hoc indicat ſe ſtetiſſe à parte fœderatorum.

Calviniſtæ congratulantur ei.

Peractis omnibus ſolemnitatibus acceſſerunt Principem deputati calviniſtarum Brabantiæ utriusque linguæ flandricæ & gallicæ, eumque ſalutârunt & congratulati ſunt prolixâ oratione, relata in ſupradicta deſcripſione, & apud P. Bor. *Lib. XVII. fol. 7. verſo*, in qua poſt vota petunt protectionem ſtudii litterarii, quam ipſis promiſit.

Similiter catholici qui petunt libertatem ſuæ Religionis.

Similiter catholici acceſſerunt ac poſt vota & gratulationes petiverunt & inſtiterunt apud novum Ducem & Marchionem pro abrogando decreto, ab octo menſibus contra exercitia religionis ſuæ promulgato. Princeps autem benignè reſpondit & promiſit ſe deſuper acturum cum Senatu.

Catholici frequentant eccleſiam Aulæ

Sed interim cum Alenſonius, qui catholicus erat, in Aula ſua, id eſt, in Abbatia S. Michaëlis, exerceret religionem ſuam; catholici eò accurrerunt & tum Miſſæ, tum reliquis divinis interfuerunt, non obſtante edicto ab octo menſibus promulgato. Senatus autem id ægrè ferens ac impedire volens, & intendens prævenire præviſas ſollicitationes ac inſtantias catholicorum, confecit & Alen-

ſonio

ſonio deſuper obtulit Libellum ſupplicem : in quo exponit rationes, ob quas edicta circa religionem condiderat & publicaverat ; & conatur catholicos Principi ſuſpectos & odioſos reddere : ac tandem ſupplicat, quatenùs ad conſervationem civitatis liçeat juxta memorata edicta procedere. Libellum iſtum ſubjungo ex *regiſtro Cameræ Panni-parorum fol. 247. verſo.* Anno 1582. Febr.

A SON ALTEZE:

Les Bourgemaiſtres & Eſchevins *de ceſte votre Ville d'*Anvers, *tres joyeulx de ce qu'il à pleu à Dieu leur envoyer un Prince doné de ſi rares & heroicques vertuz, auquel deſirant non ſeulement porter tout obeiſſance comme à leur Sr. & Prince, mais auſſy s'addreſſer à luy en toutes difficultès comme à leur Conſervateur & Pere de la Patrie ; n'ont voulu failler de tres-humblement repreſenter à votre* Alteze, *que pour la longue abſence d'icelle, & aiant l'Eſpaignol ſurpris la ville de Breda, & s'eſtant en effect declairè ennemy le* Marquis de Bergues, *& qu'il y avoit dangier, que pour le voiſinage de l'ennemy il auroit quelque jour moyez de ſurprendre la ville ; les ſupplians ont eſtè contrainčts, à l'inſtance des Coronels, Doyens des Guldes, Capitaines, bourgeois & inhabitans de ceſte ville, de pourvoir au fait de la Religions à l'exemple de leurs voiſins, & ſur iceluy faire publier certaines Ordonnances pour meilleur reglement & police.* Senatus ne hoc impediat offert Alenſonio Libellũ

Et comme il plaiſt à votre Alteze *faire exercice de la Religion romaine, ce que les Supplians ne prètendent en aulcune maniere empecher, ny à votre* Alteze *& ceulx de ſa maiſon & ſuite donner aulcune loy : mais au contraire la ſervir & obeir aultant, que tres-humbles & tres-obeiſſans ſubjectz ſont tenuz de faire : Sont les*

Supplians

Anno 1582. Febr.

Supplians advertiz, que pluſieurs des bourgeois & inhabitans de ceſte ville, & ſubjects au loix & ordonnances d'icelle, s'avancent de frequenter les Meſſes & de contravenir aux ordonnances au faict de la Religion publièes : ce que pourroit cauſer partialitez & aultres tres-dangereulx inconveniens ; meſmement conſiderant, que pluſieurs d'entre les Catholicques ont eſtè touſjours partiaux & contraires à votre Alteze *& affectionez à l'Eſpaignol ; & eſtant les principaulx d'iceulx, qui frequent la Meſſe, par publiques proteſtations declarez ennemy d'icelle : & comme ceulz de ceſte ville ont eſtè les derniers en Brabant & Flandres au changement general de la Religion ; & contrainctz par la neceſſitè du temps & par les exemples & ſollicitations de leur voiſins, & pour ne demeurer ſinguliers, de y mecter ordre ; Supplient treshumblement votre* Alteze *de croire, qu'il ſoit mal poſſible de pourveoir particulierement au faict de la religion en ceſte ville d'Anvers ; mais ſeroit plus expedient d'attendre une generale reſolution, les affaires eſtants en meilleure diſpoſition & aſſeurance, pour ne donner aulx ennemiz de votre* Alteze *pied & moyen de procurer choſes au deſervice d'icelle.*

Prians tres-humblement, que les Supplians, Coronelz, Doyens des Guldes & Capitaines, ayans gardè la ville juſques oires pour votre Alteze*, la puiſſent encores conſerver ; & qu'à ceſte effaict ſoyent maintenues & obſervèes les dictz precedentes Ordonnances, du moins par proviſion & juſques à ce que par votre* Alteze *avecq l'advis des Eſtatz aultrement ſera pourveu.*

Quoy faiſant augmentera votre Alteze *tant plus des infiniz graces & benefices, les quels ils reconnoiſſent d'icelle, & dont ils attendent apres*

Après Dieu leur conſervation & entiere delivrance. Anno 1582. Febr.

Alenſonius itaque juxta promiſſa ſupplicanti catholicorum propoſuit Senatui, & ad Libellum ejus reſpondit tum per apoſtillam, tum oretenùs per D. Deſprumeaulx. Cœpit itaque agitari hoc negotium. Obnitebantur fortiter calviniani dicentes Ducem regere urbem debere eo ſtatu, quo eam reperiſſet: catholici contra allegabant, id fieri debere potiùs ad illam formam, in qua urbs fuerat, cum Burdegali in Francia cum eo tranſigebatur, id eſt, in qua fuerat menſe januarii anni præcedentis, idque in vim Art. 12. ſignati & jurati per Principem & deputatos Statuum, qui ſic habebat: *Syne* Hoocheyt *ſal beloven te onderhouden de Religie ende Religions-vrede in de Landen in ſulcken ſtate als ſy tegenwoordich zyn, ende alſo by de Staten van yder Provincie naemaels daer op ſal worden gediſponeert... ſonder dat van weghen zyne Hoocheyt daer inne yet ſal worden vernieuwt ofte verandert.* Contendebant itaque catholici religionis exercitium reſtitui debere in eum ſtatum, in quo tunc fuerat; cum intereà per Status Brabantiæ nulla mutatio facta eſſet, ſed tantùm per Magiſtratum. Calviniani contendebant mutationem debitè factam pro ſecuritate civitatis &c.

Alenſonius Catholicorū petitionem proponit Senatui.

Hæc itaque aliquantulùm agitata fuerunt, donec tandem Magiſtratus decreverit rem proponere in Concilio-lato: & interim opinionem ſuam conſcripſit, ut eam exhiberet dijudicandam cæteris civitatis Membris. Non judicavit interim Magiſtratus convenire, ut exercitium Religionis catholicæ reſtitueretur in priſtinum ſtatum: durum enim fuiſſet calviniſtis occupatas eccleſias reſtituere; ſed judicavit eccleſiam S. Michaëlis ſolam aperiendam omnibus catholi-

Senatus illum proponit in Concilio lato.

Anno 1582. Febr.

catholicis civibus & incolis, ſeclusis extraneis & iis, qui tribus annis urbem non incoluerant: ſic tamen ut qui ad dictum exercitium accederent, prius abjurarent Regem Hiſpaniarum, & jurarent Principi ac Civitati. Hanc eorum opinionem conſcriptam 3. martii & exhibitam in Concilio-lato ſubjungo ex dicto regiſtro *fol. 248. verſo.*

Mart.

Opinio Magiſtratûs deſuper.

BOURGEMEESTEREN ende Schepenen *der Stadt van Antwerpen geleth hebbende op de propoſitie van ſijnder HOOCHEYT beruerende de Kercke totten exercitie van de Roomſche Religie, ende gehoort t'gene ſijne* Hoocheyt *voorſeyt heeft belieft t'antwoorden, ſoo by appoſtille als deur den Heere van Deſprumeaulx op de requeſte by hen deshalven aen de voorſ. ſijne* Hoocheyt *overgegeven; ende gehoort het advis van den Colonellen, Dekens van den Gulden ende Capiteynen; ende op alles geleth, t'ghene in ſoo groot wichtigen ſaeke behoort geconſidereert te worden; ſouden van advyſe ſijn, dat ſyne* Hoocheyt *ſal geopent wordden de kercke van S. Michiels voor hem, die van ſijnen Hove ende gevolch, ende alle andere, die ſijne* Hoocheyt *ſal believen, om het exercitie van de voorſ. roomſche religie in de voorſ. Kercke te doene: mits dat de ghene, die van de borgeren ende innegeſetenen deſer ſtadt begeeren de voorſ. exercitie te volghen, ſelen ierſt gehouden ſijn den* Coninck van Spaignien *te abjureren ende ſynder* Hoocheyt *ende der ſtadt te ſweeren: ende behoudens datter nyemant toegelaten ſal wordden, dan de ghene, die drye jaeren alhier ſijn domicilie heeft gehouden; ende dat voordere alſulcken ordre ſal wordden geſtelt, daer by de ſtadt mach wordden geſtelt in ruſte, tranquilliteyt ende verſekerheyt: ende behoudelijck dat ſyn* Hoocheyt *egeene meer andere plaetſen oft kercken tot de voorſ. exercitie en ſal begeeren oft toegelaten wordden, noch iet anders in de ſaecke van de Religie, ende des daer aff dependeert, veranderen; ende dat nergens el t' voorſ. exercitie in deſer ſtadt en*

en ſal mogen gedaen worden voordere , dan by voorgaende ordonnantie is geaccordeert. Ende dit al by provyſien ende ter tyt toe (dat) , *de landen geſtelt in verſekerheyt , anders by de Staten van Brabant ſal weſen geordonneert , volgende den contracte met ſijnder* Hoocheyt *aengegaen Aldus gedaen ende geresolveert in Collegio den derden martii* 1582. Anno 1582. Mart.

Opinio hæc Magiſtratûs propoſita fuit in Concilio lato , ac examinata & agitata inter reliqua civitatis membra ; quæ tandem condeſcenderunt & in eandem ſententiam euntes conſenſerunt , ut eccleſia S. Michaëlis pateret omnibus civibus & incolis , qui tribus annis civitatem incoluerant ; ſic tamen ut non tantùm illi , ſed & presbyteri eligendi per Alenſonium ad peragenda in dicta Eccleſia officia divina , abjurarent Regem , & jurarent Duci & civitati ; & qui ex officio aut privilegio non geſtarent arma , inermes eò accederent. Proponitur & approbatur in Concilio lato.

Itaque deſuper condeſcendente Alenſonio confectum eſt edictum prelo vulgatum. In illo Edicto locus capitularis ejuſdem Abbatiæ aſſignatur ad exigendum & præſtandum dictum juramentum. Publicatum autem eſt 15. martii. Subjungo illud ex originali impreſſo. (*placcaert.*) Aperitur Eccl. S. Mich. omnibus præmiſſo juramento.

GEBODEN ende vuytgheroepen by mynen Heeren den Schouteth , Borgemeeſteren , Schepenen *ende* Raedt *der Stadt van Antwerpen op den* 15. *dach meerte* 1582. Edictum deſuper.

ALSOO ſyne HOOCHEYT is gheopent de kercke van S. Michiels tot het exercitie van de Roomſche Religie , voor Hem , die van ſijnen hove ende ghevolgh , ende de geene , die ſijne Hoocheyt *ſoude believen daer toe te laten : Soo eeſt dat mynen Heeren den* Schouteth ,

Borgemeeſte-

Anno 1582. Mart.

capellano Nationis Hiſpanicæ *Anthonio Timmermans* Dunkerkano ord. Prædic. agitaverat, num poſt proſcriptionem privato liceret Orangium interimere. Tandem ipſe *Anaſtro* rem aggreſſus fuiſſet, niſi ſe obtuliſſet aut inductus fuiſſet quidam adoleſcens Cantaber, dictus *Joannes Jaurengui*, quem Anaſtro nuper in familiam adſciverat. Cum itaque adoleſcentis indolem perſpexiſſet impavidam & ardua quæque promittentem, communicato conſilio facilè illi patrandum facinus perſuaſit & remiſit. Cum autem adoleſcentem induxiſſet & eum determinatum videret ad rem brevi exequendam, deceſſit Brugas, indè Dunkerkam titulo quidem negotiorum, ſed veroſimiliter ut ſe periculo ſubduceret.

Inducit ad hoc Joan. Jaurengui.

Orangius lęditur ſclopeto.

Joan. Jaurengui, cum ſpecie pietatis inductus eſſet, etiam per opera pietatis ad patrandum facinus ſe præparavit. In paraſceve 16. martii confeſſus eſt ſupradicto *P Timmermans*, qui ipſi conſequenter adminiſtravit Euchariſtiam: & ipſo die rem perfeciſſet, ſed defectu occaſionis diſtulit in diem dominicam 18. martii, quâ celebrandus erat natalis Alenſonii, & in quam incidebat feſtum Paſchæ ſtylo veteri (ſtylus novus ſeu Gregorianus hìc necdùm receptus erat, ut infrà dicetur.) Ipſo itaque die Orangius à prædicatione rediens in palatium, quod erat inter ruinas Caſtri, prandium ſumpſit publicè cum pluribus nobilibus; à quo cum ſurrexiſſet, accedens adoleſcens explodit ſclopetum parvum; globus intrans ſub dextra aure tranſit per palatum & ſiniſtram genam; nullo quidem alio graviore damno, ſed nato excitare ingentem tumultum; non ſolùm quia mortuum rumor ſpargebat, ſed quia de facinoris auctore variæ diverſæque fiebant conjecturæ, dum hic, qui ſclopum laxaverat, mox à circumſtantibus confoſſus neminem prodere poſſet.

Qui-

Quidam Alenſonium inſimulabant & Bartholomæana feſta Pariſienſia repetebant, quò Alenſonius ſublato Orangio totius Belgii imperio plenius potiretur. Cadaver adoleſcentis ex aula tractum lavatur & ex pegmate ſuſpenditur, ſi quis fortè vivum cognoviſſet. Agnitus mox eſt & ex qua familia prodiiſſet. Confeſtim ad ædes *Anaſtri* curſitatum, tota familia capta; & cum ex torto capſulario *Antonio Venero* ſciretur ipſo die in domo occultè miſſam celebratam, captus eſt tamquam ſuſpectus *P. Antonius Timmermans* Dominicanus. Quæ dum fiunt portæ civitatis clauſæ detinebantur. Alenſonius interim & Franci à furenti populo ad necem quærebantur; arma ipſis tamquam ſuſpectis adempta; adeoque tumultuatum eſt; ut Alenſonius præ nimia trepidatione fleviſſe dicatur & opem Orangii imploraſſe: qui confeſtim ad Senatum litteras dedit; quibus nec Alenſonium nec ſuos facinoris conſcios teſtabatur Quod Orangii teſtimonium tantùm apud populum valuit, ut de Alenſonio omnis ſuſpicio evanuerit; qui poſteà quotidiè Orangium inviſit, donec is 11. maii iterùm in publicum ſanus prodiit.

Anno 1582. Mart.

Suſpecti & capti.

Antonius Venero & P. Timmermans Dominicanus

Sequenti die 19. martii cadaver occiſi *Joannis Jaurengui* in foro conciſum eſt in quatuor partes. De *Anthonio Venero* capſulario Anaſtri & dicto *Anthonio Timmermans* Dominicano tamquam conſciis facinoris ſumptum eſt ſupplicium: ſtrangulati ſunt in foro 28. martii; & in quatuor partes ſecti unà cum cadavere *Jaurengui* diverſis locis è turribus & portis pependerunt.

Capite plexi & in quartas ſecti.

Facti hujus enarratio cum confeſſionibus reorum circumfertur hoc ipſo anno prelo vulgata gallicè & flandricè typis Plantinianis. Confeſſio autem P. Timmermans facta 26. martii ſic refertur.

Anno 1582. Mart.

ACTUM ter preſentie van myn Heeren den Marcgrave Joncker Godevaert Momens, M. Jacob Zuerius *ende* Lodewyc Bloemaert *Schepenen op 't* XVIII. XIX. *ende* XX. *martii anno* 1582.

Confeſſio P. Antonii Tim. hoc anno vulgata.

Anthony Timmerman *gheboren van Duynkercke, oudt* XXXI. *jaren, eertyden religieux van de Predicaren alhier. woonende ende houdende ſyn camer in de langhe Nieu-ſtrate in't gulden Peerdt.*

Ghevraecht zynde wat kenniſſe hy heeft ten huyſe van Gaſpar d'Anaſtro? Secht van dat hy ten huyſe deſſelfs Anaſtro tot verſcheyden reyſen Miſſe gedaen heeft, ende oock andere geſonden, die aldaer Miſſe gedaen hebben, vuyt dien hy confeſſant als Capellaen van de Natie onderhoudt hadde, ende daer-af hy den voorſ. d'Anaſtro betaelt werdet.

Ghevraecht wat particuliere communicatie hy gehadt heeft met eenen Joan. de Jauregui *ſpaignaert van Biſcaye, ten huyſe des voorſ. d'Anaſtro woonachtich? Segbt dat den ſelven is ghecomen vrydaghe-leſtleden voor hem confeſſant te biechten, begeerende van hem oock te hebben het Sacrament, d'welck hy confeſſant aen den zelven heeft gheadminiſtreert; waer voore hy van den ſelven ontfinck twee dobbele goude piſtoletten, begeerende oock, dat hy confeſſant voor hem ſoude willen bidden. Ende naer de deſcriptie van de ſtature ende cleederen, die den ſelven aen-hadde, ſoo eeſt den ſelven gheweeſt, die deſen ſondach t'ſnoenens den ſchote gegeven heeft aen den perſoon van zyne Excellentie.*

Ghevraecht weſende wat de voorſ. Jauregui hem ghesecht ofte te kennen ghegeven heeft, t'ſy vore, naer oft in de bichte, belangende het moordadich feyt hy den ſelven aengericht metten ſchoote aen zyne Excellentie ghegeven? en oft hy hem niet en verclaerde, wat hem daer vore toegheſeyt ende belooft was? Seght dat den voorſ. Jaureguy hem confeſſant bekende, dat den voorſ Gaſpar d'Anaſtro t'voorſeyde feyt ſelve ſoude ghedaen hebben, indien hy hem Jaureguy totten volbrengen van den voorſ. feyte niet verwillicht ende

geindu-

geinduceert en badde : daer by nu gende , dat hy t'ſelve feyt doen zoude ten ſelven vrydage voor oft op de noene , ende dat alleenelijck veur de glorie Gods ; ende mids dat hy eenen ouden Vader badde, die onderhouden weſen moeſte Anno 1582. Mart.

Ghevraecht oft hy hem confeſſant ooc niet en ſeyde , in wat plaetſe hy voorgenomen badde t'ſelve zijn feyt te doene , ende met wat wapene ? ſegbt dat hy hem ſeyde , dat hy't voorghenomen badde te doene aen de tafel , ſoo hem confeſſant dunct , ſonder te ſeggen met wat wapene.

Ghevraecht of hy confeſſant den voorſ. Jaureguy finalijck niet d'abſolutie ghegheven en heeft van dat hy ſijn voorghenoemde feyt , teghens zyne Excell. vaderlandt gheſchiet , volbrenghen zoude ? Bekent dat hy den voorſ. Jaureguy gheabſolveert heeft ; te wetene van dat hy t'ſelve feyt niet en ſoude doen om geldt oft om goet ; maer indien , dat hy t'ſelve dede ter eeren Godts ende vuyt zele van de catholicque Roomſche Religie , dat t'ſelve hem te doene gheorloft was, ende heeft hem alſoo daer op d'abſolutie ghegheven , hem nochtans alvoren voorgehouden hebbende de periculen , die vuyt den voorſ. feyte ryſen ſouden moghen.

Omittitur hic articulus unus nihil faciens ad propoſitum.

Ghevraecht wat communicatie dat hy confeſſant heeft ghehadt metten voorſ. Gaſpar de Anaſtro rakende t'voorſ. feyt aen zyne Excellentie gheſchiet ? Seght dat de voorſ d'Anaſtro hem daer af noyt vermaent en heeft, t'ware in ſijne bichte oft anderſſints. Hic ſimiliter duo Articuli omittuntur.

Ghevraecht weſende oft hy confeſſant t'anderen tyden niet en heeft gheweeſt ten huyſe des voorſ. d'Anaſtro , alwaer over tafel weſende by den voorſ. d'Anaſtro hem confeſſant ghevraecht werde , oft yemanden toeghelaten was ſonder te miſdoene , dat men zyne Excellentie ſoude moghen dooden oft om den hals brenghen ? ende wat daer op geantwoordt werde , wanneer t'ſelve geſchiedde ; ende wie aldaer ten zelven tyt preſent waren ? Vercleert dat hem tot verſcheyden

 reyſen

Anno 1582. Mart.

reyſen van den voorſ. d'Anaſtro ſulcx wel is ghe-vraecht gheweeſt, *ende noch namentlijck des noenens over tafel* (*ofte naer dat de tafel opghenomen was*) *op ten eerſten oft tweeden ſaterdach voor Lichtmiſſe leſtleden ; ende dat alſdoen daer by waren Andrea de la Maſſa*, *Antonio de Venero ende Valentin de Meurs* : *ende dat hy confeſſant daer op antwoorde*, *dattet geenen particulieren oft priveën perſoon toe-en-ſtondt*, *noch en behoorde te doene ; maer dat t'ſelve toeſtont der Juſtitie. Daer tegens gheantwoort werde by den voorſ. d'Anaſtro*, *na zyn beſte onthout*, *dat den Coninc was een publicq perſoon ende t'ſelve eenen anderen vermochte bevelen te doene. Waer op hy confeſſant ſeyde*, *dattet niemant gheoorlooft en was yemants leven met gelde te coopen.*

Verclaert noch, *dat gheleden ontrent* XIIII. *dagen hy confeſſant den voorſ. d'Anaſtro over tafel ſittende* (*oft na dien de zelve mochte opghenomen weſen*) *heeft hooren ſegghen deſe gelijcke woorden* : Vale me Dios no ay en eſta tierra Flaminco, que ſe attreve a eſto principe d'Orange ? *Daer op hy confeſſant zeyde* : Los Flamincos no ſon tan furioſos como vos otros. *Alwaer de voorſ. de la Maſſa doen ter tijt niet preſent en was*, *maer was ghereyſt naer Hollant.*

Deſe confeſſie hem confeſſant vore geleſen zynde op de Borcht-brugghe ſtaende onder den blauwen hemel, *ongheknacht ende ongebouden*, *heeft daer hy gheperſiſteert* : *In preſentie van Schepenen deſen* XXVI. *meerte anno* MDLXXXII. Onderteeckent : *Zuerius. Bloemaert.*

Sic confeſſio P. Timmermanni vulgata fuit in dicta enarratione ; & conſequenter adversùs eum ſequenti die concluſit ſcultetus, quæ deſuper referuntur in libro Prætoriali vulgò *Vierſchaer-boeck*, quæque ſubjungo ex copia authentica indè deſcripta.

Martis 27. *martii* 1582.

Conclusio Sculteti.

Den Schouteth nomine officii aenleggere contra Anthoni

Anthoni de Venero ſpaengnaert &c. Sequuntur hic, quæ hunc reum concernunt. Dein ſequitur. Anno 1582. Mart.

De ſelve Aenleggere tegens Heer Anthonis Timmerman: *Verweerdere gevangene.*

Vermits de voorſ. Verweerdere, gehadt hebbende diverſche communicatien met Gaſpar d'Anaſtro *ſpaengaert deſen aengaende, te weten ofte georloft ſoude ſyn den perſoon van myn Heere den Prince van Oraengnien ſonder miſdoen om den hals te brengen ofte niet, hem heeft verwoordert te verclairen ſulcx geoorloft te ſyne, behoudelijck dat ſulcx ſoude worden gedaen by een publieck perſoon ofte by Juſtitie: waer op den voorſ. Anaſtro antwoordende dat den Coninck een publieck perſoon was, en vermochte eenen anderen t'ſelve bevelen te doene; heeft hy Verweerdere geſeit, dat niemant geoorloft en was yemants leven met gelde te vercoopen ofte coopen, ende overſulcx t' ſelve ſeyt anderſints was adverſerende: hebbende boven dien hy Verweerdere wel geweten, dat eenen Jehan Jaureguy ſpaengaert van Biſcayen hadde aengenomen ende gereſolveert, ten begeerte van den voorſ. Anaſtro ſijnen meeſter, ſijn Excellentie van den leven te beroeven, ende met een piſtolet aen taeſel oft elders te doorſchieten, gelijck hy naederhandt heeft gedaen; waer toe oock hy Verweerdere den voorſ. Jauregui heeft verweckt, uyt dien hy hem heeft geſeet ſulcx geoorloft te ſyne, ſoo verre hy t'ſelve niet en dede om geldt noch om goet, maer ter eeren Godts ende uyt zele van der Religie; hebbende daer-over den ſelven Jaureguy in ſijn biechte geabſolveert; d'welck hy Verweerdere niet en heeft aengegeven nochte verorpenbaert, ſoo hy wel behoorde ende gehouden was te doene, ten eynde ſulck enorm en vreeſſelijck ſtuck ſoude mogen hebben verhuedt worden, daer aene de welvaert deſer ſtadt ende van den gemeynen ſaecke was hangende; maer ter contrarie t'ſelve heeft verſwegen, ſulcx dat het voorſ. feyt by den voorſ. Jaureguy is alſoo geeffectueert geweeſt, voor ſoo vele ommers in hem was: waer door den voorſ. verweerdere is vervallen in* crimen aſſaſinatûs, *min noch meer*

Anno 1582. Mart.

meer gelijck den gene, die metter doot t'ſelve heeft volbracht oft ſijn uyterſte beſt daer toe gedaen: Concludeert *den Aenleggere capitaliter. Reus antwordende by ontkennen in vuegen en maeten, is d'Aenleggere geruymt ten thoone; de welcke in forma van dien heeft geemployeert deſſelfs Verweerdere eygen confeſſie onder den blauwen hemel ongebacht ende ongebouden op te Borcht brugge alhier in preſentie van Schepenen: ende de ſelve confeſſie geleſen ſynde is de voorſ. Aenleggere geweſen volcomen in ſijn vermeten met gevolge van Schepenen.*

Condemnatio Timmermanni.

Infrà ponebatur: *Dit extract gecollationeert tegens den voorſ. originelen Vierſchaer-boeck, is daer mede bevonden te accorderen door my ondergef. Secretaris der ſtadt Antwerpen den 12. april 1745. P. T. Charlé.*

Confeſſio ejus ipſo die executionis.

Sequenti die 28. martii, quo ſententia executioni mandanda erat, P. Timmermans quædam adjecit priori ſuæ confeſſioni, quæ etiam in dicta *Enarratione* ſic referuntur.

ACTUM op de Steen der ſtadt van Antwerpen, ter preſentien van mynen Heeren den Schoutetb ende Meeſter Jacob Zuerius ende Lud. Bloemaert Schepenen den XXVIII. martii 1582.

Heer Anthoni Timmerman, *ghevangben beraet weſende totter doot, daer toe by op giſteren voor der noenen in der Vierſchaelen alhier by Borgemeeſteren ende Schepenen deſer ſtadt is verweſen, ſeet ende verclaert t'gene des ende alſoo hier na volght.*

Omittitur hic primus articulus ad rem non faciens. Dein ſequitur.

Bekent de voorſ. ghecondemneerde ſyn groote faute ende quade opinie, die hy heeft ghehadt, dat men met goeder conſcientien den perſoon van zijnder Excellentien *wt crachte van den voorſ. preſcriptie hadde moghen ommebrenghen; de ſelve opinie, als dien aengaende by ghelaerde beter onderricht weſende ende hem daer op naerder bedacht hebbende, mits deſen revocerende: biddende daeromme mynen Heeren den Wetheuderen deſer ſtadt t'ſelve hem te willen verghe-*

ven,

ven, ende deſe by ſijne voorgaende confeſſien vuegen ende mede in't openbaer brengen, ſoo verre d'ander worden gheopenbaert; op dat niemandt en dencke, dat hy met alſulcken quaden opinie is geſtorven. Hæc ibidem. Anno 1582. Mart.

Papebrochius *Annal. Mss.*, cum ſummatim retuliſſet quæ Scultetus contra Timmermannum concluſerat, hæc ſubjicit: Quod ad Timmermannum attinet, allegatur quidem contra eum libera confeſſio prædictorum poſt primam negationem, ſed abſque diſtinctiori mentione ſacramentalis ſigilli; quod quatenùs obliget nemo catholicus ignorat. Franciſcus Swertius in *Monumentis ſepulchralibus pag.* 195. illius hanc confeſſionem deſcribit, prout inveniebatur anno 1613. in pariete ad caminum carceris, cuſpide ferreâ fibulæ cingulum aſtringentis exarata, his verbis: *Ego frater* Antonius Faber *Dunckerkanus Ord. D. Dominici fui hic incarceratus die* XVIII. *martii anno MDLXXXII. ob auditam & non revelatam confeſſionem cujuſdam zelo religionis catholicæ tentantis Principem Auriacum interficere, ſed poſt læſo dumtaxat Principe ſtatim interfecti: & eâdem nocte tormentis duris fui ſubactus, ſed nihil faſſus: capio autem ex conſciis Antonio Finero, cui defunctus confeſſionem enarraverat, tum ex proprio quodam ſcripto conatus fui eandem revelare.* Ita ſe recepiſſe notariali fide apud Swertium ſignat N. Caverſon. Hæc ut accepta, ſic relata: Judicent Theologi. Deus videri poteſt dijudicâſſe ſervans caput illius Dominicani, hactenùs poſt annos CXXX. & plures (*nunc poſt annos CXC.*) cute ſuâ & capillis tectum, ſicuti à catholicis poſt reductionem ſublatum atque ad Prædicatores relatum fuit; eâ autem parte magis integrum, quâ ſolebat aurem admovere confitentibus. Ea-propter iidem Religioſi Caput iſtud ante annos non

Confeſſio ejus exarata in pariete carceris.

Caput ejus aſſervatur apud Prædicatores.

Anno 1582. Mart. non multos in publicum produxerunt, atque intra marmoreum loculum, vitreâ feneſtrâ obtectum, ſpectandum habent in ambitu ſui magnifici clauſtri (*nunc inde ablatum*) tamquam in cauſa Religionis defuncti. Latet interim proprium iſtud ſcriptum, ex quo ſe convictum fatetur Timmermannus; & an vel quomodò illud ad ſigillum confeſſionis pertinuerit. Hæc ſic Papebrochius.

P. Chocquet Ord. Præd. S. T. Doctor Duacenus *de SS. Belg. Ord. Præd.* pag. 121. vulgato an. 1618., id eſt 36. annis poſt ſupplicium Timmermanni, hæc de capite ejus ſcribit. Vidi ego manibuſque attrectavi, & nunc quoque ab omnibus conſpici poteſt in clauſtro cœnobii Antverpienſis S. Ven. Antonini caput, diu quidam alto ſtipiti ad infamiam ab hæreticis infixum; ſed cui nec circumvolantes corvi oculos eruerint nec ſolis ardor, pluvei, venti grandines, ullave cœli inclementia pellem detraxerit, nec vermes cerebrum exederint: ſed quod carne, pelle, cerebro oculiſque exſiccatis dumtaxat ſæpiùs circumdederit nocturna lux inſederintque innocentiæ teſtes columbæ, ut mihi, qui viderunt, plures teſtati ſunt. Ita P. Choquet. Vide dictam Enarrationem facti, Stradam, Haræum, P. Chocquet *De SS. Belg. Ord. Præd.*, De Jonghe *Belg. Dominicanum* &c.

April. Intereà cum hæretici non ceſſarent vendere bona eccleſiaſticorum & eorum qui ſequebantur Regem; ac inde timerent catholici, ne fortè contractus per Regem dein ineundi cum civitatibus & provinciis ſibi præjudicarent, & ſic perpetuò privarentur poſſeſſionibus ſuis; Rex pro ſecuritate catholicorum publico Edicto dato Tornaci 2. aprilis declarat omnes illas venditiones perpetuò fore invalidas, & contractus ineundos nullum præjudicium allaturos pro-

Rex venditiones bonorum Eccl. & ſequentium Regem declarat invalidas.

prieta-

prietariis, quin poſſeſſiones ſuas revindicent. Et inſuper invalidat teſtamenta, per quæ ob ſimiles rationes quidam exhæredantur. Edictum iſtud refertur *Edict. Brab. tom. I. Lib. I. tit. III. cap. 2.* — Anno 1582. April.

Vix dubitandum, quin perpetratum in Orangium facinus incitaverit hæreticos ad exactiùs vigilandum in catholicos. Refert Papeb. *Annal. Mss.* 9. aprilis è civitate eductum fuiſſe *D. Joannem* hactenùs Paſtorem catholicum ad D. Virginis. Occaſionem non indicat. Suſpicari poſſumus eum eductum fuiſſe, quòd catholicos frequentantes Eccleſiam S. Michaëlis deterrêret à præſtando juramento, quod ibidem ab ingredientibus exigebatur. — D. Joannes Paſtor B. M. educitur è civitate.

Interim ſecundo pòſt die, 11. aprilis, renovatum fuit & iterùm publicatum Edictum de præſtando dicto juramento: obſervatum enim erat, plurimos non præſtito juramento dictam eccleſiam frequentare, vel propter negligentiam commiſſariorum vel ob multitudinem accurrentium, qui obſervari non poterant. Hinc Senatus Edictum illud renovans adjecit pœnam ducentorum florenorum pro pauperibus in eos, qui non præſtito juramento templum ingrederentur. P. Bor. *Lib. XVII. fol.* 9. Catholici autem maluerunt carêre Miſſâ, quam ſeſe ſimili pœnæ exponere: hinc deinceps pauci dictam eccleſiam frequentârunt, quod occaſio fuit illud juramentum dein exigendi ſine diſtinctione ab omnibus civibus, ut infrà dicetur. — Pœna 200 flo. in eos qui frequentant in S. Mich. non præſtito juramento.

Interim cum juramentum illud hactenùs exigeretur indeterminatis verbis, & ſic fortè à quibuſdam commiſſariis mitigaretur; Senatus determinatam formulam fabricavit, quæ in Collegio 12. aprilis fuit decreta. Formula iſta refertur in regiſtro Merciariorum *fol.* 77. & exhi- — Formula juramenti decreta in Collegio.

Anno 1582. April. exhibet eam latinè *Mich. Bajus* in Libello de ſuper hoc anno Lovanii edito typis P. Zangrii, prout ſequitur.

ICK N. ſwere, dat ick den Coninck van Spaengnien niet reſpecteren, onderdanich zyn oft kennen en ſal voor mynen Prince oft Overheere: maer dat ick hem verlaeten hebbe, houdende my voor ontſlagen van alle plichten ende verbinteniſſen, daer mede ick hem voortyts als Overheere van de Lande ben verbonden geweeſt in eeniger maniere. Belove ende ſwere voorts den doorluchtighen Vorſt François *van Vranckryck, eenich broeder des Coninckx,* Hertoge *van Lotryck, Brabant, Limborch, Gelre, Anjou &c. Grave van Vlaenderen, Hollant, Zeelant, Zutphen &c. Marcgrave des Heylichs-ryckx, als mynen Wettigen Vorſt ende Heere getrou, gehouden ende ghehult te weſen; ende den ſelven alle behulp ende aſſiſtentie naer myn vermogen te doen tegen den voorſ. Coninck van Spagnien ende allen ſynen aenhanck, ſyner Hoocheyt ende des Lants vyanden, niemanden uytgenomen: ende voorts alle te doen, dat goede ende getrouwe ingeſetenen ende lantſaten van Brabant hunnen gerechtighen Heer, naervolgende de blyde Incompſt, ſchuldich ſyn te doen. Ende voorts ſwere ende gelove ick deſe ſtadt van Antwerpen goet ende getrou te zyn, ende de ſelve te helpen beſchermen onder de gehoorſaemheyt des voorſ. onſen genadighen Heer. Soo helpe my Godt almachtich. Gearreſteert in't Collegio op't ſtadthuys t'Antwerpen den 12. April. 1582.*

Formulam hanc jurare debebant, quotquot officia divina in S. Michaëlis frequentare volebant. Cœpit autem agitari quæſtio, num catholicis tutâ conſcientiâ liceret præſtare hoc juramentum; de quo infrà.

Caroli-

Carolina Borbonia, quæ fuerat Abbatiſſa monaſterii Jotrenſis in diœceſi Meldenſi (unde nocte fugerat ad Fredericum II. Comitem Palatinum Rheni anno 1572. acceptans religionem reformatam) quæ anno 1574. juncta fuerat Principi Orangio, terrore correpta ex læſione mariti in febrim incidit ac die 6. maii. in hac civitate obiit. Sepulta eſt 9. ejuſdem menſis ſolemni pompâ in cathedrali in choro Circumciſionis, comitantibus Nobilibus, Statibus generalibus, Conſiliariis, Senatu, Colonellis, Capitaneis &c. ad duo millia. Non aderat Orangius tamquam non plenè reſtitutus. P. Bor. *Lib. XVII. fol.* 19. Anno 1582. Maj. Conjux Orangii moritur & ſepelitur Antv.

Catholici Bruxellenſes, quibus planè interdictum erat exercitium ſuæ Religionis, jam aliquo tempore apud Alenſonium ſollicitaverant reſtitutionem ejuſdem exercitii. Petiverat Alenſonius deſuper opinionem Senatûs Bruxellenſis; & tandem 8. junii ad dictum Senatum Antverpiâ litteras dirigit, quibus ab eis requirit & mandat, ut catholicis ſatisfaciant & religionis catholicæ exercitium reſtituant. Pluribus obligationem ad hanc reſtitutionem inculcat & rationes inducentes exponit; inter alias, quòd certò ſciat, pleraſque civitates, quæ ſub regiis degunt, tantùm reſpicere libertatem, quam Catholici habituri ſunt inter vos, ut ſe dedant nobis. Concludit, ſe confidere, exercitium illud reſtituendum antequàm veniat Bruxellas, quod brevì intendit; & aperiendam eccleſiam de *Caudenberg*, quæ erat capella Aulæ. Litteras illas refert P. Bor. *Lib. XVII. fol.* 27. qui notat, mandatum hoc pro tunc obſervatum non fuiſſe. Jun. Alenſonius ſcribit ad Bruxellenſes pro exercitio Relig. Cath.

Senatus Antverpienſis, qui 12. aprilis, ut ſupra vidimus, decreverat & vulgaverat formulam juramenti præſtandi per catholicos, qui Juramentum à civibus omnibus exigitur ſub pœna exilii.

vellent

Anno 1582. Jun. vellent officia divina frequentare in S. Michaëlis; comperiens eos ſubterfugere & malle carere miſſâ quàm juramentum illud præſtare; & reſciens indubiè quæſtionem inter illos agitari, num juramentum illud tutâ conſcientiâ præſtari poſſet; magis inde ſuſpectos habuit catholicos. Hinc efficaciùs & ſecuriùs eos arctare intendens, 17. Junii Edictum vulgat; quo mandat, ut omnes civitatis incolæ intra triduum coram Capitaneo ſuo dictum juramentum præſtent, idque ſub pœna exilii. P. Bor. *ibid. fol.* 9. Haræus *pag.* 335.

Vix dubitandum, quin hâc occaſione plures eccleſiaſtici, imò & laïci deceſſerint; illi nempè, qui judicabant juramentum tutâ conſcientiâ præſtari non poſſe. Quantum ad Abbatiam S. Michaëlis, notat Papeb. *Act. SS. Tom. I. junii pag.* 956. *n.* 94. eam in fine hujus anni Religioſis diſperſis vacuam fuiſſe: undè ſuſpicari poſſumus religioſos illos & Petripotzianos hâc occaſione diffugiſſe.

Quæſtio num licitè præſtari poſſit. Interim ferventiùs, imò & publicis ſcriptis agitari cœpit quæſtio illa, num tutâ conſcientiâ aut ſine perjurio juramentum illud præſtari poſſet. Quidam *Petrus Caſtillo*, quem Bajus eruditiſſimum Doctorem intitulat, deſuper *Michaëlem Bajum* conſuluit, mittens ad ipſum formulam dicti juramenti ſimul cum argumentis, quibus nonnulli illud tueri conabantur.

Michaël Bajus reſpondit ad argumenta per libellum deſuper hoc anno vulgatum Lov. typis Petri Zangrii; refertur etiam in collectione Operum Baji. Inſuper *Joan. Lenſæus* itidem S. T. D, Lov. etiam hoc tempore libellum deſuper edidit; ſed hi breviter rem tractârunt; ſufficienter tamen, inquit *Molanus*, pro hominibus bonæ voluntatis.

Dictus

Dictus autem *Molanus* anno 1584. libellum edidit. *De fide & juramento, quæ à tyranno exiguntur*: in quo rem hanc latiùs deducit, & reſpondet ad XIX. argumenta, quibus patroni dicti juramenti æquitatem ejus populo conabantur inculcare. Ubi notandum argumentum XI., quod ſic proponit & reſolvit. Anno 1584. Jun.

Obj. 11. Eccleſiaſticus magiſtratus, antequàm vellet jurare, magnam coràm ſua Celſitudine diſputationem iniit cum eccleſiaſte & aliis viris doctis, qui ex Francia aderant; & ab eis ſatisfactionem acceperunt.

Reſponſio: Philoſophi ſententia eſt, Sermones univerſales inanes eſſe. Quod facilè intelligeretur, ſi in particulari nobis proponeretur Sacerdotum Antverpienſium diſputatio & Francorum ſatisfactio. Quæ ego ſuſpicor per mendacia bonis hominibus obtrudi, ut iis modis per fœdum juramentum illaqueëntur: non enim mihi perſuadere poſſum, reliquias Sacerdotii, quæ in hoc triſti ſtatu Antverpiæ remanent, tantum habere alacritatis, ut coram duce Alenconienſi diſputarent iniquum eſſe quod proponitur juramentum: multò minùs credibile eſt eis à viris doctis ſatisfactum eſſe. Sed hæreticis familiare eſt mentiri audacter. Ita *Molanus*.

Jul.

S. Norbertus fundator Præmonſtratenſium, qui anno 1122. vocatus à Præpoſito & Capitulo Antverpiam venerat & Tanchelini hæreſiarchæ errores, poſt mortem ejus adhuc graſſantes, concionibus debellaverat, ac dein dono canonicorum Eccleſiam S. Michaëlis poſſederat & Abbatiam ad eam dotante Capitulo fundaverat, demùm per GREGORIUM PP. XIII. relatus eſt in Canonem ſanctorum hoc anno, quo Eccleſia Antverpienſis miſerè opprimebatur, S. Norbertus in Canonem SS. refertur.

catholici

Anno 1582. Julii. catholici exquiſitis modis agitabantur & vexabantur ; ac quo plenum Religionis catholicæ exercitium non habebatur niſi in ſola eccleſia illa , quam ſanctus ille quondam poſſederat ; idque adhuc ſub duriſſima conditione præſtandi ſuprà relatum juramentum.

Joan. Molanus S. T. D. Lov. ediderat anno 1573. *Uſuardi Martyrologium* cum Indiculo ſanctorum Belgii ; in quo notaverat ; *S. Norbertum* necdum inſcriptum Catalogo ſanctorum ; non propter defectum ſeu inopiam meritorum , ſed quia id Ordo à Romana ſede petere neglexerat. Exprobratio hæc Abbatem Parcenſem ſic pupugit , ut ſtatim litteras dederit ad Generalem Ordinis , Abbatem Præmonſtratenſem ; adhortans eum de negligentiæ iſtâ notâ abolendâ. Quo factum , ut dictus Abbas Romæ ſeriò deſuper cœperit agere ; & tandem ſic moverit Pontificem ; ut S. Norbertum 26. Julii hujus anni inſcripſerit Canoni Sanctorum , & feſtum ejus quotannis 6. junii ſolemniter celebrandum decreverit. Vide Papebr. *Acta S. Norberti pag.* 810. Quis autem dubitet , quin ſanctus ille in cœlo interceſſionibus ſuis præſtiterit Antverpienſibus , quod vivens in terra illis præſtiterat concionibus ſuis.

Aut ſaltem in Beatorum. BENEDICTUS PP. XIV. in Opere *de Beatificatione ſervorum Dei &c.* cenſet ea , quæ GREGORIUS egit circà *S. Norbertum* , non habere rationem Canoniſationis ſed tantùm Beatificationis. „ Cum , inquit , Gregorii diploma „ virtutes quidem & miracula recenſeat S. „ Norberti , ejuſque nomen in pluribus marty„ rologiis , uſu catholicæ eccleſiæ receptis , „ deſcriptum & adnotatum utique teſtetur ; ſed „ tamen indulgeat Ordini tantùm Præmonſtra„ tenſi die 6. junii ſub ritu duplici in ejuſdem „ honorem Officii celebrationem cum octava . . . ; tutum

Anno 1582. Jul.

„ tutum profectò non erit, ſancti Norberti
„ Canoniſationem in diplomate Gregoriano conſti-
„ tuere; quod utpote conceptum verbis facul-
„ tatem ſonantibus & in ſolo Ordine Præ-
„ monſtratenſi coërcitum, ſolius videlicet Bea-
„ tificationis vim poteſt obtinere. Quibus proinde
„ præmiſſis, canoniſatus ſanè dicendus erit
„ S. Norbertus, ſed canoniſatione *æquipollenti*,
„ ſubſequenter factâ ab URBANO VIII. & à
„ CLEMENTE X., quorum ille ejus feſtum inſe-
„ ruit Breviario & Miſſali romano de præcepto
„ colendum ritu ſemiduplici: hic autem in de-
„ creto expedito de conſilio Congregationis
„ ſacrorum Rituum die 7. ſeptembris 1672.
„ ſtatuit, ſub ritu duplici ejus officium in
„ poſterum recitandum de præcepto ab omnibus
„ chriſti-fidelibus tum ſecularibus tum regularibus,
„ qui ad horas tenentur. Ex notiſſima quippe ſancti-
„ tate & undique coruſcante miraculorum fama,
„ cultuque jam ad univerſum Ordinem Præmon-
„ ſtratenſem per diploma Gregorianum extenſo,
„ exiſtimarunt memorati Pontifices, finem nego-
„ tio eſſe imponendum, atque adeò cultum
„ eſſe S. Norberto in univerſa Eccleſia decer-
„ nendum aliorum inſtar Sanctorum, qui fue-
„ runt Ordinum regularium fundatores, qui-
„ que ſimilem cultum habent in univerſa eccle-
„ ſia." Ita BENEDICTUS PP. XIV. *Tom. I. lib. I. cap.* 41. §. 2.

Orangio donantur bona Abb. Affligemienſis perpetuò poſſidenda.

Alenſonius 18. maii hujus anni 1582. litteras dederat ad Ordines Brabantiæ, requirens ut Orangio pro ſervitio & expenſis factis in liberanda patria ab hoſtibus (id eſt ab Hiſpanis) tribuerentur bona Abbatiæ Affligemienſis ubicumque ſita. Nobiles Brabantiæ 20. junii conſenſerant, ut bona iſta donarentur illi ejuſque hæredibus perpetuò poſſidenda, ſi modò civitates conſenſum præberent. Propoſita fuit res

Anno 1582. Jul.

civitati Antverpienſi. Senatus conſenſum præbuit 4. julii ; ac denique reliqua civitatis membra in eo conſenſerunt 30. ejuſdem menſis. Acta deſuper referuntur in *regiſtro Cameræ Panni-parorum hujus anni uſque ad fol.* 9. Hinc patet, quò infelici hoc tempore diverterentur bona eccleſiaſtica, & jam ampliùs non curari rationem, quam turbulenti in erectione Epiſcopatuum urgebant contra unionem Abbatiarum, & quam Ordines recedentes à Rege allegabant, quòd nempè Fundatores fraudarentur intentionibus ſuis.

Aug.

Bona eccl. in civitate vix ſufficiunt pro miniſtris &c.

In eodem regiſtro *fol.* 13. inter propoſita in Concilio lato 7. aug. 1582. adhuc quædam referuntur circa bona eccleſiaſtica ; quæ attentionem merentur, nempè.

Nopende de coſten van der Incompſte van ſyne Hoocheyt*, perſiſteren Borgemeeſteren ende Schepenen, Treſoriers ende Rentmeeſteren by de propoſitie deſen aengaende gedaen den voorſ.* 26. *julii : mits dat aen de geeſtelijcke goeden, alhier binnen der ſtadt gelegen, geene bate en is boven het nootelijck behoeff van der kercken ende kercken-dieneers, ſoo 't blycken ſal by de rekeninge daer aff eerſtdaechs te doene by de gecommitteerde ende Rentmeeſtere van der ſelver geeſtelijcke goeden ; ende dat men d'andere geeſtelijcke goeden buyten gelegen, die de ſtadt innegekocht heeft, en can ſoo haeſt nyet profytelijck vercoopen in deſe conjuncture van tyde, dan met beter occaſie ende opportuniteyt, die men neerſtelijck ſuecken ſal, omme de goeden te beneficieren, ende houden de zelve, mitsgaders het procedu van dyen, tot rembourſement van der caſſe van Reductie.*

Quantum ad bona eccleſiaſtica foris ſita, de quibus hic fit mentio, vendiderant ea Status generales, qui ingentes ſummas debebant civitati Antverpienſi. Plurima ex illis bonis emerat

Antverpia, quo ſic à Statibus obtineret ſibi debita; cùm intentione illâ iterùm revendendi, ut ſuprâ vidimus.

Anno 1582. Aug.

Secundâ auguſti Regii Liram oppidulum munitiſſimum occupant. Præerat Ordinum nomine *Heetfeldius* præſidio aliquot cohortium Scoticarum. Cujus unius Præfectus, nomine *Semple*, quòd fruſtrà diu ſtipendia debita poſtulaſſet; Regi idcircò potiùs cùm ſuis ſervire deſiderans, ipſis kalendis auguſti ſub ſolis occaſum ab Heetfeldio cum cohorte emiſſus fuerat, quòd certam opimamque prædam è Regiis paraturum ſe aſſereret. Sub ſolis ortum revertens cum aliquot plauſtris, multiſque ſimulatis captivis, portam aperiri petit, fingens præterea hoſtem inſtare ſuis veſtigiis: negat in primis Heetfeldius; ſed tandem porta aperitur & intromittitur Sempliuș cum omni comitatu, in quo pedites equiteſque Lovanio evocati; qui poſt exigui temporis pugnam oppidum Regii juris faciunt. Lira direpta eſt, civeſque ad libertatis redemptionem compulſi. Heetfeldius cum paucis per foſſas Antverpiam venit.

Lira capta & direpta per Regios.

Antverpiani eâ interceptione territi, mox D. Bernardi monaſterium demoliuntur, nè fortè, ut dicebant, hoſtis eo etiam potiatur. Interim in ipſa urbe turmas aliquot equitum inſtruunt. Hæc Haræus *fol.* 339.

Monaſterium D. Bernardi deſtruitur.

Menſe octobris Antverpiæ congregati fœderati Ordines inter ſe convenire non poterant de novi Principis aulico ſtatu, multò minùs de Concilio Statuum, nec non Secreto & Ærarii ac Mechliniano ſeu Parlamento conſtituendis: unaquæque enim Provincia ſuo in concilio lites ſine provocatione terminari volebat, Principiſque fiſcum annuoſque redditus à ſe curari; ac proinde tot non eſſe opus

Octob.

Diſcordia fœderatorum Ordinum.

Anno 1582. Octob.

dicentes Conciliorum ſumptibus. Tandem Alenſonius Ordinum legatos Antverpiæ his verbis inter cætera fertur allocutus.

Conqueritur de ea Alenſonius.

„ Scio me à vobis in Principem lectum „ inauguratumque, non ut pro animi libidine „ imperarem, ſed libertatem, privilegia immu„ nitateſque Belgarum conſervarem: gratias de„ beo & habeo, relaturus etiam ſi velitis. „ Neque enim huc veni, ut nolentes coge„ rem, ſed volentes petenteſque. Petetis autem, „ ſi ſecundùm conditionum Burdigalenſium „ leges primùm omnium promiſſam auri argen„ tique ſummam in peditum equitumque auxi„ lia exhibueritis. In vos viri prudentes deſcen„ dite & iſtud non præſtitum ingenuè fate„ bimini. Examinate cæteras leges & inve„ nietis vos tutores, nos pupillos; vos Le„ gum-latores, nos circumſcriptos earum exe„ cutores. Tantâ igitur præditi poteſtate, quare „ non in unum ſentitis? publica, privatis præ„ ponitis? Bello neceſſaria flagranti ſollicitudine „ non curatis? Non enim nobis res eſt neque „ bellum ſuſcepimus cum imbecillo aut imbelli „ regulo; ſed cum potentiſſimo ac opulen„ tiſſimo non ſolum Europæ, ſed terrarum „ orbis hiſpanico Imperio; quod etſi bis, ter „ quaterve clade affectum reſurgere, ſæviuſ„ que quàm anteà hoſtes invadere poteſt „ ſoletque."

Quædam obtinet.

Silente Franco, cum Legati Ordinum parumper patriâ linguâ collocuti eſſent, ſimul omnes in pedes ſurgentes, cæteris petentibus Conſul Antverpianus *Junius* reſpondit, in optimam ſe partem accipere monitionem, experturamque ſuam Celſitudinem poſt paucos dies, non verbis ſed re ſequi Ordines conſilium velle. Itaque poſt octo dies ejus quæſtori numerant

ducen-

ducenta aureorum liliorum millia. Hæc ſic Haræus *fol.* 341. Anno 1582. Decemb.

Manifeſtus error erat in calendario, ita ut Feſta jam non celebrarentur temporibus ſuis, & Feſtum Paſchæ non maneret intra plenilunium & ultimam quartam primi menſis lunaris; ſed aliquando accideret in ſecundo menſe; & tandem accidiſſet in ſolſtitio æſtivali & ultrà. A multis temporibus Pontifices & Epiſcopi perſpectam habuerant neceſſitatem reformandi errorem. Statutum fuerat eâ de re agere in concilio Conſtantienſi & Baſileënſi, at ſine effectu. SIXTUS PP. IV. ſeriò rem aggrediebatur, & celebres mathematicos eum in finem Romam evocaverat; ſed cum mors eum tuliſſet, negotium de uno Pontifice ad alium tranſiit uſque ad LEONEM PP. X., qui proponebat rem tractandam in Concilio Lateranenſi; ſed licèt primi Europæ Aſtronomici requiſiti fuiſſent ad conficiendas & exhibendas formas reformationis, nihil interim hactenùs concluſum fuit. Poſt primam Concilii Trid. publicationem docti iterùm invitati fuerunt, ad examinandam materiam, eamque præparandam pro faciliori deciſione: ſed finito dicto Concilio negotium tranſmiſſum fuit ad S. Sedem.

Reformatio Calendarii.

Tandem GREGORIUS XIII. reformationem hanc à tanto tempore expetitam aggreſſus eſt, & expetitis ſententiis præcipuorum Europæ aſtronomicorum rem perfecit hoc anno 1582. quo decrevit, ut præciderentur decem dies, & dies immediatè ſequens Feſtum S. Franciſci, quod incidit in 4. octobris, computaretur 15. & non 5.; & ſic conſequenter.

Decernitur per Gregoriū PP. XIII.

Correctionem hanc cum ſubmiſſione acceptârunt & ſecuti ſunt omnes Principes catholici. Rex Galliæ Edictum deſuper vulgavit demùm 3. novembris hujus anni & Rex Hiſpaniarum

Quomodo acceptata.

Anno 1582. Decemb.

pro turbato Belgio 10. januarii 1583. diplomate dato Tornaci. Quia autem correctio iſta decreta fuerat per Pontificem, ſchiſmatici græci & ſectarii, licèt agnoſcerent neceſſitatem, eam non acceptârunt, ut multi Principes in Germaniâ, Moſcovia, Suecia, Dania, Anglia, qui diù priſtinum ſtylum retinuerunt, tantum auctoritati Pontificis tribuere nolentes. In Germania Imperator eam acceptari curavit etiam à ſectariis ſub finem anni ſubſequentis, & dein ſucceſſivè plures alii à præventione reverſi eam acceptârunt. Ludovicus XIV. Galliæ Rex eam acceptari curavit Argentorati anno 1682.; & Anglia demùm eam acceptavit anno 1753.

In Belgio fœderato.

Interim, licèt in Belgio fœderato dominaretur reformatio, & Religio catholica magìs magìſque opprimeretur, Alenſonius gaudens occaſionem ſe offerre captandi benevolentiam Pontificis, correctionem iſtam propoſuit fœderatis Ordinibus; & 10. decembris hujus anni Edictum deſuper vulgavit, quo correctionem illam acceptandam decernit, ſic ut decem dies præciderentur hoc ipſo menſe, & poſt diem 14. immediatè computaretur dies 25., quo celebraretur feſtum Natalis Domini. Edictum illud Antverpiæ confectum, in quo nulla fit mentio Pontificis, ſubjungo ex impreſſo Edicto (*Placcaert.*)

Acceptandā decernit Alenſonius.

FRANCOIS ſone van Vranckryck, eenich broeder van den Coninck, by der gratien Godts Hertoge van Lothryck, van Brabant, van Limborch, van Gelre, van Anjou, van Alençon, van Tourraine, van Berry, van Evreulx ende van Chateau-Thiery, Grave van Vlaenderen, van Hollandt, van Zeelandt, van Zuiphen, van Mayne, van Parche, van Mantes, van Meullan ende van Beaufort,

Marck-

Marckgrave des heylichs Rycx, Heere van Vrieſlant, van Mechelen ende van d'Ommelanden, Beſchermer der nederlantſche vryheyt: Allen den ghenen, die deſe tegenwoordige zullen ſien ofte hooren leſen, Saluyt. Anno 1582. Decemb.

Alſoo het merckelijck ende notoir is, dat zedert der geboorte onſes Heeren ende Salichmakers Jeſu Chriſti (van den welken alle Chriſtenen den loop des jaers ende de termynen der tyden zyn rekenende) eenige dagen verloopen zyn geweeſt: ſoo dat die tyden ende termynen der verlenginge ende vercortinge, ende oock de even-gelijck-makinge der dagen met den nachten niet op de ſelve ſaiſoenen en vallen, als ſy in den aenbeginne plegen; maer ter contrarien verhaeſtigen in ſulcker vuegen, dat met lanckheyt van tyde veel ongeſchickelicheyts daer vuyt ſoude mogen ryſen; overmidts dat de ſaiſoenen des Winters, Somers, der Lenten ende des Herfts op haeren behoorlijcken tyt niet en ſouden comen te vallen: waerom veele geleerde, ende in den loop des Hemels ende der Sterren ervarene luyden dickmaels gearbeyt hebbende, om de rekeninge ende calculatie des jaerts te rechte te bringen, bevinden, dat midts men voor een jaer drie hondert vyf ende zeſtich dagen ende ſes volle uren rekent; nochtans metter daet eenige minuten daer aen zyn ontbrekende, midts dat de ſonne haeren jaerlicxen loop in een wynich min tyts volbrengt dan men gemeynlijck is te rekenen, als namentlijck een honderſte ende ſeſte deel min, dan een vierendeel van eenen dach; het welcke bedragende alle hondert ende ſes jaeren effen eenen dach, wort bevonden binnen XV^c ende LXXXII. van aen die geboorte onſes Heeren Chriſti overſtekene jaren, verloopen te weſen den tyt van omtrent vyftien dagen, ſoo dat den dach der

Anno 1582. Decemb. *geboorte Chriſti behoorde naer jerſte inſtellinge ende calculatie antrent vyftien daegen vroeger ende naerder by den ſtilſtant der ſonnen ende de cortſte winterdagen te commen, dan hy doet; het welcke lancx ſoe meer metter tyt zoude in't woeſt verloopen, ende een groote confuſie in de rekeninge der jaeren mede-bringen.*

Soo iſt, dat die ſelve in verſcheyden tyden ende van veele geleerde mannen gemerckt ende aengegeven weſende, is eyndelinge ſoo vele daer inne gedaen, dat den meeſtendeel der Vorſten ende Potentaten in der Chriſtenheyt, om de voorſ. inconvenienten van voorderen verloop ende onordeninge te ſchouwen, hen om vele bewegelijcke ende gewichtige redenen ende oorſaeken, die al te lange waren te verhalen, eyndelijck hebben vergeleken, dat men niet geheele vyfthien dagen, maer alleenelijck ende ten minſten thien dagen zoude corten in de gemeyne ende tot noch toe geplogene calculatie des jaers, op dat die zake ten beſten het ymmers mogelijck waere, ende tot minſte quetſe van der gemeynte mochte verrichtet ende geredreſſeert werden.

Daerom eeſt, *dat Wy t'gene voorſ. is overgemerckt ende in rype deliberatie van rade geleght; begeerende, ſoo vele eenighſins mogelijck, ons oock in alle redelijcke zaken te vergelijcken ende te vervoegen metten voorſ. anderen Vorſten, de Potentaten over het Chriſtenrijck, ende naemelijck met den grootmachtichſten ende doorluchtichſten HENRICO den derden van deſen naeme Coninck van Vranckryck onſen Heere ende broeder, ende in ſonderheyt om onſe lieve ende getrouwe onderſaten van onſe Nederlanden metten omliggende Caninckrycken, landen ende provincien t'accommoderen; gemerckt in ſonderheyt,*

heyt, dat om den gemeynen coophandel ende anderſins gants nootwendich is een goet accord, verdrach ende vergelijckinge te hebben van tyden, ſaiſoenen ende termynen metten ſelven omliggenden landen, ſoo in aenſien van alle onderlinge contracten, verbinteniſſen, ſchult-brieven, betalingen ende alle andere dingen, die den handel aengaen, als anderſins van alle t'gene de rekeninge ende calculatie der tyden ende jaerlijcxe ſaiſoenen belangt, hebben by advyſe van onſe lieve ende getrouwe de generale Staten van onſe voorſ. landen, ende die van onſen Rade van Staete daer op al voren gehoort, geordineert ende geſtatueert, ordineren eude ſtatueren midts deſe, dat in alle onſe voorſ. landen, nae dat den vierthienſten naeſt-comende dach decembris zal weſen voerleden ende overſteken, men den naeſt-volgenden dach, die men nae de voorſ. oude calculatie ſoude rekenen te weſen den vyfthienſten, niet en zal rekenen voor den vyfthienſten, maer voor den vyf-en-twintichſten ende alſoo houden voor den Kerſt-dach oft geboorte Chriſti; ende den anderen dach naeſt-volgende den ſeſſen-twintichſten, ende den dach volgende daer naer zeven-en-twintich-ſten ende daer naer acht-en-twintichſten, ende ſoo voorts tot den eynde deſer maent decembris, die maer een-en-twintich dagen en ſal hebben, ende nochtans den laeſten dach deſſelven voor den een-en-dertichſten gerekent ſal worden: ſoo dat het jegenwoordich jaer zal evenwel eyndigen ſeſſe dagen nae den voorſ. vyf-en-twintichſten dach: ende dat naeſt-commende jaer, als men ſal tellen XV^c dry-en-tachtentich, ſal beginnen den ſevenden dach nae Kerſt-dach voorſ., ten dage als men nae d'oude calculatie rekenen zoude den twee-en-twintichſten decembris: d'welck jaer midtsgaders alle naevolgende jaeren ſullen

Anno 1582. Decemb.

voorts

Anno 1582. Decemb. *voorts altyt haren vollen ende ordinariſſen loop, hebben gelijck als van te voren, ende volgende den regel, die onſe voorſ. nabueren omliggende Provincien ſullen gebruycken....*

Ontbieden ende bevelen daer omme.... Want ons alſoo geliefſt.

Des toirconden hebben wy onſen zegel hier aen doen hangen. Gegeven in onſe Stadt van Antwerpen den thienden dach der maent van december in't jaer ons Heeren duyſent vyf hondert twee-en tachtentich. Op de plycke ſtont geſcreven: By den Hertoge in ſijnen Raede. Ende geteekent: J. van Aſſeliers.

Qualiter obſervatum. Novum hunc ſtylum obſervârunt Brabantia, Flandria, Artheſia, Hollandia & Zelandia; verùm, ut aſſerit P. Bor, Geldria, Zutphania, Ultrajectum, Tranſyſalania, Friſia, Groeninga & alii eum non acceptârunt, ſed perſeverârunt computare juxta ſtylum veterem uſque ad an. 1700., quo ipſi & plures Principes in Germania ſtylum novum admiſerunt.

Miſſa aurea in S. Michaële. Papebrochius *Annal. Mss.* hæc refert. „Die 12. decembris ſtylo veteri" (ſtylus enim novus, ut vidimus, demùm inchoandus erat poſt diem 14.) „in Eccleſia S. Michaëlis „celebrata eſt Miſſa, quam appellant *auream* „ſive *miſſus*. An autem ibi tunc habita ritu „catholicò prima concio? Ità exiſtimo. Eam „certè ibidem habuiſſe D. *Joannem* Paſtorem „aſſerunt Secretarii: & cum utantur verbo „*incepit haberi*, innuunt id porrò continua„tum. Paſtorem autem vix dubito fuiſſe Ma„rianum." Hæc *Papeb.* Suprà *pag.* 91. vidimus eum dixiſſe Paſtorem iſtum Marianum 9. aprilis urbe eductum fuiſſe; adeoque ſupponit eum jam revocatum.

Alen-

Alenſonius, qui publico Edicto ſtylum novum ſeu Gregorianum decreverat, eum exemplo ſuo voluit confirmare. Hinc die immediatè ſequenti decimam-quartam, quæ juxta ſtylum novum computari debebat vigeſima-quinta, quàm ſolemniſſimè in Abbatia S. Michaëlis celebravit Natalem Domini. Notat autem Papeb. *Act. S. Norb. pag.* 959. *n.* 94. Abbatiam iſtam diſperſis religioſis tunc fuiſſe vacuam.

Anno 1582. Decemb.

Celebratur ibidem Natalis Domini ſtylo novo.

Obiit hoc anno menſe ſeptembri *Eutichius de Cordes* Antverpianus, monachus S. Juſtinæ de Padua & ejuſdem congregationis Benedictinæ Abbas S. Fortunati apud Baſſianum, qui interfuit Concilio Trid. & reliquit *Commentaria in omnes Pauli Epiſtolas* ac *in Symbolum Apoſtolorum* & *Dictionarium Biblicum*: quæ exſtant mss. in dicto monaſterio teſte Arnoldo Wiono in Ligno vitæ. Fop. *Bibl. Belg. pag.* 274. D. Paquot *memoires litt. tom. V. pag.* 395.

Eutichius de Cordes.

Bellum iterum toto anno 1583. vigoroſè actum eſt inter Regios & fœderatos. Alexander autem Parmenſis hoc anno notabilem progreſſum fecit, & plurimas civitates & loca in Flandria, Brabantia & alibi Ordinibus ademit; ita ut Antverpia inde magis magiſque arctaretur. Id autem iterùm luere debuerunt & catholica Religio & catholici Antverpienſes; quorum plurimi, tum eccleſiaſtici tum laïci, hoc anno in exilium miſſi ſunt aut carceri mancipati.

1583. Janu.

Bellum hujus anni.

Quartâ maji anni præcedentis Edictum ex parte Alenſonii publicatum fuerat, quo inhibebatur omnis communicatio inter loca ſubjecta Ordinibus & loca ſubjecta Regi: nè ſcilicèt ad hoſtes transferrentur victualia vel aliæ quæcumque merces, aut inde reciperentur. Hoc Edictum tam rigoroſè hoc tempore obſervabatur, ut

Nulla communicatio inter Lovanium & Antverpiam.

Michaël

Anno 1583. Janu. *Michaël Bajus* S. T. D. Lovanii vix poſt annum potuerit obtinere libellum Antverpiæ excuſum, quem *Marnixius* contrà ipſius apologiam ſcripſerat: ſic enim præfatur Bajus in ſuo ad dictum libellum reſponſo, quod refertur in collectione Operum ejus. *pag.* 414.

„Lecto nuper, inquit, catalogo ſeu indi„culo librorum, qui nundinis Franckfordien„bus circa ſeptemb. anni 1582. venales expoſiti „fuerunt, mi Sanct-Aldegonde, comperi te „Antverpiæ edidiſſe reſponſionem ad Apolo„giam, quam pro reſponſionibus ad quæſtio„nes tuas de Sacramento Altaris anno 1581. „Lovanii emiſeram: cujus reſponſionis exem„plar cum diu & fruſtra ex Colonia expec„tâſſem (neque enim aliâ expeditiori viâ, ceſ„ſantibus jam dudum propter bellorum diſſidia „inter nos & Antverpienſes conſuetis commerciis, „acquiri poſſe exiſtimabam) tandem poſt mul„tum circuitum 10. martii anni 1583. ad me „ex Antverpia perlatum eſt." Sic *Bajus*. Hinc ſufficienter patet, nullam omninò communicationem hoc tempore fuiſſe inter dicta loca.

Alenſonius intendit pleniorem ſibi parare auctoritatem. Vidimus ſuprà Alenſonium conqueſtum, ſe pupillum, Ordines autem tutores. Volvebat is animo, reſtrictam ſe apud Belgas obtinere auctoritatem ſub vano Principis Belgii nomine; negotia tractari & agi ſe inſcio & inconſulto; bellorum ſumptus promiſſos non expediri; ſe nihil efficere aut poſſe ad relaxandum oppreſſum religionis catholicæ exercitium. Belli autem Proceres, qui nuper è Gallia venerant, hæc exaggerantes eum magis incitârunt; undè tandem conſilio plurium, aliis tamen ac melioribus improbantibus, ſtatuit, uno eodemque tempore loca omnia, ubi Franci eſſent in præſidio, pleno ſuo ſubjugare imperio. Itaque

que Tribunis, qui Dunkercæ, Brugis, Teneramundæ, quique in aliis Flandriæ urbibus cum gallis cohortibus agitabant, mandatum eſt, ut uno omnes die, nempè 17. januarii, ea loca, excitatis pro ingenio tumultibus, armis occuparent. Antverpiam autem Alenſonius ſibi ſubigendam delegit. Anno 1583. Janu.

Itaque Alenſonius ſub titulo proſequendæ victoriæ, quam ex ſuperata per ſuos Endouia ante paucos dies reportàrat, 15. jan. ex hibernis ad ſuburbia Antverpiana adeſſe juſſerat ſuas copias, quatuor millia Helvetiorum pluresque peditum & equitum Gallorum turmas, præter eos qui longo ante tempore ibidem loci manſerant. Multos præterea Nobilium in urbem & in ſuum palatium ventitare, ſecretòque arma parare mandàrat; ſi quo aſtu aut vi, ut ferebatur, nocte portam Cronebùrgicam ſuo palatio vicinam occupare, ac ſic reliquum militem in urbem introducere poſſent. Copias adeſſe jubet ad ſuburbia Antverpienſia.

Verùm, cum 16. janu. ſiniſter rumor de Francis in urbe ſpargeretur, *Petrus van Aelſt* ſecundarius Burgimagiſter id Alenſonio eodem veſpere ſignificans, rogat ut ad civium ſecuritatem & quietem liceat catenas platearum maturiùs tendere & lucernas præ ſingulis foribus, ut in ejuſmodi moris eſt, ſuſpendere. Ægrè tulit Alenſonius, cives ſibi à ſuis metuere; annuit tamen petitis: ſed poſtridiè, hoc eſt 17. ejuſdem januarii, manè vocatis ad ſe Conſulibus & tribunis urbis, adhibito etiam Orangio, multis verbis iterùm repetit, ſuſpicionem hujuſmodi immeritò & non ſine magna ſui injuria cives habere, itaque evellendam eam eſſe: ita ut ſiniſtra iſta ſuſpicio magna ex parte evaneſcere videretur. Siniſter rumor de Francis Antverpiæ.

Interim paulò poſt nunciat Alenſonius, ſumpto cibo ſe velle extrà urbem caſtra inviſere, quod Alenſonius parat exire ad luſtranda Caſtra.

Anno 1583. Janu.

quod nemo ei negare poterat. Itaque hoc prætextu ejus domeſtici, paulò antequam ipſe veniret, catenas ſeu repagula platearum, quæ ad duas portas ducebant, aperiri ſolvique mandârunt, dicentes ſe ignorare per utram portam exire vellet. Ut autem cum debito honore advenienti portæ aperirentur, tribuni civium *Jacobus à Falia* Rubræ portæ, *Adrianus Vierendelius* Kipdorpiæ adſtabant, paucis admodum civibus comitati, eò quòd hora prima prandii tempus eſſet; plurimique prandendi cauſâ domum abiiſſent; ejuſque vici habitatores & Kipdorpiæ portæ vicini incolæ tunc alio loco excubias agerent.

Exit & portam Kipdorpiam occupant Franci.

Alenſonius dictâ horâ primâ, ducentis circiter Nobilibus equitibus tum aliis, omnibuſque ſui corporis cuſtodibus, Helvetiis & Gallis comitatus, ad portam Kipdorpiam venit. Hic nonnulli ſuorum propè & ſuprà pontem conſiſtunt locumque ſervant Duci & Proceribus tranſituris: obviam veniunt nonnullæ equitum turmæ honoris, ut videbatur, exhibendi cauſâ. Simulac verò Dux Alenſonius cum Duce Montpenſerio, Comite Lavallio & aliis ſecundum pontem verſatilem tranſiit, ubi cives excubitores aperto capite ſtabant, quidam francus Nobilis ex compreſſione ſibi crus fractum exclamat (quod quidem fingebat, ut tali ſymbolo ſignoque reliquos ad arma convocaret) cui cum quidam cives, inter alios *Keyſerius* quidam, opitulari vellent, *Keyſerius* ab eodem vulneratur: ocyùs quoque cives excubitores alii ab Alenſonii aulicis cæduntur, inter quos & *Adrianus Vierendelius* Tribunus; multi tamen evadunt.

Ingrediuntur Franci civitatem.

Inde ducenti illi equites aulici maximo cum impetu in urbem revertuntur; ſimulque totus exercitus verſùs urbem tendere viſus eſt, feſtinanterque

ſtanterque ingrediuntur ſeptemdecim Francorum cohortes ſignis erectis, & quatuor equitum turmæ. Primi utrimque mœnia portæ vicina occupant, & verſùs portam cæſaream tormentis bellicis potiti, ea contra urbem vertunt; alii per plateam Kipdorpiam inſtructâ acie uſque ad pontem à Vineis cognominatum; alii per plateam novam-oblongam uſque ad Burſam; quidam etiam ad alias plateas D. Annæ & verſùs forum Boarium penetrârunt vociferantes: *Trucidate: Vivat Miſſa: Urbs capta eſt.* Anno 1583. Janu.

Cives ſimul ac ſe tam hoſtiliter obrui viderunt, quidam ocyùs cum armis ex ædibus erumpunt, & primi numero admodùm pauci magnis Francorum catervis ſe objiciunt, parvo quidem ſed denſo agmine eos ulteriùs tendere prohibentes, tenſis paulatim ubique catenis & ex ædium feneſtris & tectis paſſim omnis generis telis in eos conjectis. Egregia hìc facinora à civibus fuêre patrata. Inter primos, ut ferunt, piſtor quidam nudus ſolo linteolo ab umbilico uſque ad genua tectus (is eſt hìc habitus pinſentium) ab opere ſuo proſiliens, arreptâ ſeu palâ ſeu minore lanceâ, quam fors offerebat, equitem Francum ſternit, equumque ipſe celeriter conſcendit, effugitque cum eum hoſtes perſequuntur. Et in primis ex ædibus portæ Kipdorpiæ vicinis multi ſtrenui cives ex feneſtris & tectis magnâ ſclopetorum frequentiâ ingredientes Francos, & paulò pòſt alios etiam fugam ſpectantes in ipſa porta ſternunt, ita ut mox cæſorum cadavera portam obſtruerent, tandemque cæſorum ſeu vulneratorum acervus ſeſqui hominis ſtaturam excedens omnem introitum exitumque per portam impediret. Pugna duravit vix horam. Repelluntur & trucidantur.

Ex civibus tunc periêre fortiter pugnantes circiter octoginta præter vulneratos, nominatim Franci cæſi amplius 1500 cives 80.

Anno 1583. Janu. natim Vierendelius, Thas, Michaut & Jaſpar pileorum confector. Franci tum cæſi, tum in foſſis urbis ſubmerſi & ad ſepulturam numerati amplius mille quingenti; inter quos etiam nonnulli primarii Proceres & Nobiles fuêre. Ita rem hanc narrat Haræus *pag.* 345.

Senatus Antverpienſis in *Juſtificatione*, quam pro ſui defenſione conſcripſit & octavo poſt ſtragem die, id eſt 25. januarii, in Collegio prælo vulgari mandavit, prout typis plantinianis vulgata fuit, aſſerit etiam, dives occubuiſſe circiter octoginta præter vulneratos & nominat eoſdem quos Haræus. Francos dicit in civitate, mœnibus & foſſis occiſos repertos, numeratos & ſepultos eſſe ultrà 1500. præter ſaucios, qui exierant & dein in civitate captivi obierunt; Addit autem inſuper in civitate captos eſſe mille quadringentos aut quingentos; & occiſos in porta civitatis, jacuiſſe ad altitudinem ſeſqui viri.

Capti in civitate 1500.

Cæſorum tumulus, inquit Miræus *in Chron. edito* 1608, hodieque in mœnibus Antverpienſibus ad portam Kipdorpiam oſtenditur: quem locum *Buſta Gallorum* non ineptè quis nuncupet.

Alenſonius temeritatem ſuam damnat

Interim, inquit Strada *pag.* 286. Alenſonius incertus animi, quo res loco intùs foret, variè fluctuabat: quódque è longinquo proſpiceret multos è mœnibus præcipites ferri, neminem urbe egredi, cujus portam ſui tenerent, modò fauſtum id ſibi, modò ſecùs interpretabatur. At ubi obſervavit eos, qui à ſe mittebantur, tormentis ex urbe peti, atque Helvetiorum legionem Gallis permiſtam in caſtra perturbatè contendere; tunc enim verò ex infelici ſucceſſu temeritatem conſilii ſui primùm ſenſit ac damnavit. Crevitque immenſum dolor auditâ ſtrage Nobilium tantâ, ut non pau-

ciores

ciores ducentis quinquaginta interempti ex eo ordine nominarentur, præter captos ex eadem nobilitate complures: quippè occurrebat animo dedecus odiumque, quo per Galliam apud præcipuas quaſque familias laboraturus eſſet: accedebat reliqua Gallorum cædes, quam initio ad mille quingentorum octoginta trium omninò perveniſſe affirmârunt aliqui... Ergo ex litteris, inquit, quas laudavi, compertum habeo, biduo quod humandis corporibus inſumptum eſt, ex urbis quidem foſſis; in quas aut acti ſunt aut egêre ſe Alenconiani, circiter quadringenta hominum cadavera extracta eſſe: per urbem verò intraque domos ac potiſſimùm in porta, apud quam Gallorum tumulus hodieque monſtratur, ac buſta gallica non nemo appellat, paulò ſupra nongentos occubuiſſe: ex civibus autem ferè centum interfectos præter ſaucios, quos utrimque permultos continuata in dies funera oſtendebant. Hæc *Strada*. Verum epiſtola, quam citat Strada, tantùm agit de occiſis numeratis biduo, quo certè omnes numerati non fuerunt. Anno 1583. Janu.

Stragis hujus Chonicon, reddens hunc annum 1583., litteris ferreis ſuprà portam Kipdorpiam infixum legitur etiam hodie, his verbis:

AUXILIUM sUIs DEUs.

Alenſonius quidem multis poſtridiè & die tertiâ egit, ut ſe purgaret, ſed fruſtrà; maximè quòd ſimul mox nuntiarentur, quæ eodem die & pridiè aliis in locis, Duynkercœ, Dixmudæ, Teneramondæ, Winoxbergæ & Brugis Franci moliti fuerant. Dein Alenſonius tamquam hoſtis habitus inopiâ preſſus cum exercitu ad S. Bernardi iter inſtituit, Scaldim trajicere & Teneramondam venire meditans: ſed impedientibus Antverpienſibus Dufflæ Netam flumen

Alenſonius inopiâ preſſus tendit in Flandriam.

Anno 1583. Janu. flumen maximâ cum difficultate trajicit, & indè Vilvordâ Teneramondam venit; manſitque ibidem donec 28. martii certæ leges publicatæ ſunt; quibus Alenſonius Duynkerkam proficiſceretur; ubi plenè de tota contraverſia decerneretur.

Febr. Interim continuò de reconciliatione cum Alenſonio agebatur, & de illo iterùm recipiendo in civitatem Antverpienſem: idque ut civitates, quas poſſidebat, recuperarentur; & præcipuè nè deflecteret Alenſonius ad Hiſpanos & cum illis ageret contra Ordines. Res propoſita fuit membris civitatis, quæ in Concilio-lato, congregato 12. & 14. febr., plures deſuper præſcripſerunt conditiones, quæ referuntur in Regiſtro Panni-parorum *fol.* 32. & *ſeqq.*

Agitur de reconciliatione cum Alenſonio.

Inter illas hæc refertur concernens religionem: *Item dat ſyne* Hoocheyt *buyten de Capellen van den Hove niet en ſal moghen innoveren, doen oft laten innoveren, noch eenige veranderinge doen; innevueren doen oft laeten innevueren nopende de exercitie vande Roomſche Religie: emmers ten ware met expreſſen conſente van den Staten van Brabant ende drye Leden deſer ſtadt ... My daer by ſynde als Penſionaris der ſelver ſtadt*: *Aertſſens.* Hinc patet; quantùm cordi haberent, ſuppreſſionem Religionis catholicæ.

Conditio circa Religionē cath.

Mart. Cum autem Alenſonius, qui cum copiis ſuis agebat Teneramondæ, ſummâ inopiâ premeretur; Ordines ad prævenienda quæ timebant, decernunt ei mittere victualia, petuntque deſuper conſenſum Antverpienſium per hoc decretum, quod refertur in dicto regiſtro *fol.* 39.

In illum finē mittuntur ei victualia.

ALSOO myne Heeren de Staten generael *by gemeyne opinie ende reſolutie hebben goet-gevonden, om niet te breken, noch in openbaer vyantſchap te vallen met ſyne HOOCHEYT; maer om te crygen reſtitutie van de ingenomen ſteden,*

ſteden, ende te verhueden, dat ſyne Hoocheyt *gheene andere partye aen-en-neme; dat men de ſelve* Hoocheyt *ende heuren Legher ſal proviſionelijck aſſiſteren van vivers voor dry oft vier daghen; ende met-eenen naerder handelen met ſyne* Hoocheyt; *om alle 't cryſvolck te employeren ten dienſte van den Lande tegens den gemeynen vyant. Soo iſt dat de voorſcreven Heeren Staten generael doen aenſueken de ſtadt van Antwerpen ende Leden der ſelver; datſe de voorſ. reſolutie willen goetvinden; ende d'effect van dyen niet beletten: betrouwende dat hier deur ſullen moghen verhuedt worden vele inconvenienten ende periculen, die anderſins ſyn apparent den Lande over-te-commen. Aldus gedaen t'Antwerpen in de vergaderinge van de voorſ. generale Staten op den vierden Martii* 1583. *ondert. M. Hennin.* Anno 1583. Mart.

Tandem 28. martii inter Alenſonium & Ordines initus eſt & concluſus proviſionalis tractatus; qui refertur apud P. Bor *Lib. XVII. fol.* 47.; ut nempè Alenſonius Dunkerkam proficiſceretur; ubi plenè de tota controverſia decideretur: ut quædam loca redderet; captivi utrimque liberarentur; copiæ ejus applicarentur ad ſolvendam obſidionem Endoviæ &c. Alenſonius itaque tendit Dunkerkam 7. aprilis; dein in Galliam. Tam diù autem cùm eo actum eſt de reconciliatione; donec tandem anno ſequenti ante conſummatum opus moreretur Alenſonius. Tractatus proviſionalis cum Alenſonio.

Intereà ALEXANDER Parmenſis & reliqui regii Principes rebus ſuis non defuerunt. Jam inde 20. januarii & diebus ſequentibus ſcripſerant ad Ordines & ad civitates: ut quandoquidem jam perfidiam Alenſonii ſatis perſpexiſſent, redirent ad mentem; ipſiſque omnibuſque, qui vellent, honeſtis legibus gratiam Regis eſſe paratam: Parmenſis fruſtrà offert reconciliationem cum Rege.

Anno 1583. Mart.

quibus etſi nonnulli in initio commoveri viderentur, tamen edictum eſt paulò pòſt, nè quis ampliùs de reconciliatione cum Rege ſermonem inferret. *Haræus*. Interim Parmenſis armis ſuis proficiebat.

Supplicium quaſi parricidæ Orangii.

Circa finem martii Antverpiæ ſupplicium capitis luit in quatuor ſectus partes *Petrus Dordoignus* Hiſpanus, quaſi Principis Orangii interficiendi cauſâ ex Hiſpania veniſſe convictus fuerit.

April.

Matrimoniū Orangii Antverpiæ.

Sub idem tempus Orangius matrimonium, quod dudùm cum Ludovica Colligniaca, triginta annorum vidua Domini Telignii, Pariſiis ânno 1572. trucidati, & Admiralii filia, tractârat, adſecutus; eandem 11. aprilis mari advectam Antverpiæ excepit. Poſtridiè poſt meridiem, datâ invicem fide, nuptias celebravêre ſonantibus omnibus campanis, exoneratiſque tormentis. Tametſi enim multis hæc nova affinitas Orangii cum Gallis diſpliceret, tamen hoc honoris ei adhuc datum fuit. Haræus *fol.* 348.

Maj.

Ordines mandant Concilio priv. ut abſtineant à negotiis. Negant illi.

Menſe maii Ordines Antverpiæ congregati, miſſis ad ſecretum Bruxellis Concilium tabulis, juſſêre, poſt hac à tractandis populi negotiis abſtinerent; donec conſtitiſſet, quâ ratione Alenſonius & Ordines eſſent conventuri. Noluit parere Concilium, allegantes ſe à Duce diplomata ſua, non ab Ordinibus, accepiſſe: proinde quam diu is Brabantiæ non eſſet declaratus hoſtis, aut Ducatûs excidiſſe juribus, tam diu ſe illi, non illis obedituros: eademque Franco Duynkerkam ſcribentes, litteras in officio perſiſterent obtinuêre. Ordinibus verò ſcripſit, abſtinerent ab iis, quæ ſuæ eſſent poteſtatis ac auctoritatis. Haræus *ibid.*

Tumultus Antverpiæ ob reſtaurandam Arcem.

Orangius repletas Antverpiæ arcis foſſas, quà urbem ſpectabant, denuò effodi ac ab utraque

via,

via, quà à platea Croneburgica ad arcem itur, certa quædam intervalla effodi & diſtingui fecerat. Spargebatur, hæc fieri metandis ibi novis plateis & domibus. Sed populus hæc non curans, dicenſque Orangium Arcem ſibi munimentum, urbi verò jugum moliri, 22. maii magno numero ad locum concurrentes, viri, feminæ, juvenes, metata ab Orangio opera dijecêre, arcem urbi, ut ante fuerat, jungentes, confuſo clamore palam Orangium proditorem vocantes. Peſſimè enim tunc Orangius apud plures audiebat, ut nimirùm Francis addictus, & quaſi illis partem Belgii mediterraneam ſubjugaturus, ipſe ut Hollandis & Zelandis imperaret. Ita *Haraus*. Anno 1583. Maj.

Senatus ut hunc tumultum ſedaret, 25. ejuſdem menſis Edictum vulgat, quo inhibet, nè quis ſub gravi pæna quid ſiniſtri proferat contra Orangium, Ordines fœderatos, Status Brabantiæ, Magiſtratum, Colonellos aut alios Officiarios: & ſimul ſcriptum aliud publicat, quo, ut juſtificet Orangium, totam iſtam effoſſionem in ſe ſuſcipit, & conatur rationem reddere, quare ad deſignandas novas plateas & domos foſſæ tam latæ & profundæ fieri debuerint. Tum edictum, tum ſcriptum illud refert P. Bor. *Lib. XVIII. fol. 9. verſo.* Senatus conatur ſedare.

Vigeſimo-ſeptimo junii Antverpiæ Tribuum Collegiorumque Concilia etiamnum congregata ſuper ea, quæ Orangius ac Brabantiæ Ordines de recipiendo iterùm Duce Alenſonio propoſuerant; tandem reſponderunt ſe nihil determinare poſſe, niſi ſimul viſis auditiſque omnium fœderatorum Provinciarum ſententiis: idemque reſponderunt Bruxellenſes. Catholici enim Regem catholicum veterem principem animis requirebant, & pars quidem calviniſtarum francum, ſed pars altera neutrum, reſpublicas Jun. Antverpienſes &c. propoſitis ad reconcilationē cum Alenſonio non annuunt.

 blicas

Anno 1583. Jun.

blicas Helvetiorum publicè in Concilio proponentes ; & Hollandorum, Zelandorumque pars maxima eò etiam diſſimulanter tendere videbatur.

Alenſonius diſcedit in Galliam.

Hinc Alenſonius res Belgarum pro animi ſui ſententia ab Orangio cæteriſque fautoribus componi non poſſe videns, animo æger in Franciam redire ſtatuit. Deceſſit itaque 28. junii Caletum, relicto Gubernatore Chamoyſio cum quingentis circiter præſidiariis militibus Duynkercæ, quam paulò pòſt obſedit & cepit Parmenſis. Hæc Haræus *pag.* 351.

Antverpienſes magis repreſſum volunt exercitium Relig. cath.

Licèt autem finalis reſolutio dicti Concilii membrorum civitatis fuerit talis, ut eam refert Haræus; quædam tamen notanda veniunt in opinione Vico-magiſtrorum, in eodem Concilio deſuper exhibitâ; notanter ea, quæ concernunt exercitium Religionis catholicæ, à qua magìs magìſque averſionem ſuam commonſtrant. Refertur illorum opinio in regiſtro Panniparorum, in quo *fol.* 70. hæc leguntur.

De Hooftmannen ende Wyckmeeſteren ... ſeggen daer-oppe, dat ſylieden voor ſoo vele als in hun is ... te vreden ſyn, dat men met zyn Hoocheyt *ſal treden in voordere communicatie ende vaſte reconciliatie, ſoo verre de Goedemannen van den Ambachten daer inne conſenteren ... welck alles hun gebleken zynde, zyn te vreden hun te conformeren als voren met Uw. E. opinie, ende de conditien daer by gevoecht, uuytgenomen eenige veranderinghen ende byvoeginge in der manieren als volcht:*

In den eerſten *dat in den tweeder article van den Staten generael uuytdruckelyck ſal geſtelt wordden, om alle voordere interpretatie te ſchouwen, dat ſijne* Hoocheyt *geenſins in eenige ſteden oft plaetſen de Roomſche Religie en ſal indringen oft bringen, dan alleenlijck daer*

by

hy coomen ſal in een Capelle voor hem ende ſijne ſuyte oft hofgeſin, ende dat oick niet langer dan hy daer ſijn en ſal. Anno 1583. Jun.

Ex hac opinione Vico-magiſtrorum ſic publicè propoſita præſumere poſſumus, eccleſiam S. Michaëlis poſt diſceſſum Alenſonii catholicis fuiſſe clauſam; licèt deſuper nuſpiam quid legerim.

Notanda inſuper, quæ iidem Vico-magiſtri in fine ſuæ opinionis adjiciunt; ex quibus patet hoc tempore plures inter Antverpienſes expetiviſſe reconciliationem cum Rege, & plures divites civitatem dereliquiſſe & domicilium ſuum aliò tranſtuliſſe, unde timebatur civitatis ruina. Subjungo illa ex eodem regiſtro *fol.* 73. Multi volunt reconciliationem cum Rege.

Ten leſten *ſoo ſy oick verſtaen, datter eenige perſoonen ſijn, die hun vervoorderen de goede gemeynte met inductie te abuſeren ende te perſuaderen tot de reconciliatie met Spaignien, Malcontenten ende haren aenhanck; waer vuyt geſchapen ſyn, in dyen daer inne niet verſien en wordt, groote inconvenienten te ryſene: zoo verſoucken Hooftmannen ende Wyck-meeſteren inſgelijcx, dat Uw E. daer inne willen verſien met openbare placcate, verclarende de ſelve te houdene voor perturbateurs van de gemeyne ruſte, als weſende fauteurs ende inſtrumenten van den gemeynen vyant, ende voor alſulcke aengegrepen ende geſtraft te wordene.*

Ende ſoomen dagelijcx bevindt, dat vele goede rycke borgeren deſer ſtadt verlaten, ende elders metter woon vertrecken tot grooten achterdeele van de ſchamele gemeynte; waer doore deſe ſtadt ten leſten ſoude moghen geſchapen ſijn te vallen in handen van den vyant: verſoucken daer omme, dat uw E. allen de ſelve, die ſonder voorwete ende oirloff van Multi diſcedunt è civitate.

Anno 1583. Jun.

Borgemeeſteren ende Schepenen alſoo vertrocken ſijn, believe wederomme inne te roepene, ende dat op ſekere pene naer gelegentheyt van der ſaecken; om de ſelve t'appliceren tot behoeff van den cryſch-laſten deſer ſtadt.

Jul.

Orangius Antverpiâ diſcedit offenſus.

Orangius 22. julii Antverpiâ in Zelandiam cum aulica ſua familia profectus eſt, ſpecie quidem maritimæ Flandriæ conſervandæ, ſed, ut plures interpretabantur, offenſus iis, quæ ab Antverpienſibus eum paſſum ſuprà commemoravimus, & quòd Alenſonium reducere non poſſet: ac fortè etiam appropinquantes Regios timeret, qui hoc tempore ubique, etiam circum Antverpiam, progreſſum faciebant.

Aldegondius locum eius ſupplet.

Notat P. Bor. *Lib. XVIII. fol.* 31. *verſo*, Orangium antequam diſcederet, Aldegondium Antverpiam vocâſſe, qui in abſentia ſua negotiis intenderet; eumque gratum fuiſſe Antverpienſibus, ut voluerint ipſum Markgravium; quòd officium iſtud non pateret invidiæ: verùm Aldegondium id recuſâſſe. Notat autem Haræus *fol.* 352. Orangium, antequam diſcederet, Aldegondium in proximum annum Conſulem Antverpianis commendâſſe: ad quod munus in fine hujus anni etiam aſſumptus fuit.

Progreſſus Parmenſis incitat Antverpienſes adverſus catholicos.

Iidem Parmenſis progreſſus exacerbârunt Antverpienſes, eoſque excitârunt tum adverſùs exercitium Religionis catholicæ, tum adverſùs catholicos. Unde ſi quid externi cultûs reſtaret, id ſuſtulerunt & ſub magna pœna inhibuerunt; ac plures catholicos, tum eccleſiaſticos tum laïcos, tamquam Parmenſi ſtudentes in exilium egerunt aut carceri mancipârunt.

Item Epiſtola Thomæ van Thielt.

Non parum etiam contribuit ad novum rigorem contrà catholicos prolixa epiſtola *Thomæ van Thielt*, quondam Abbatis S. Bernardi, quam hoc anno 15. julii ſcripſit ad Senatum

Ant-

Antverpienſem, in qua ſenatum & judices inſtruit & monet officii ſui ad reprimendos eos, qui ſe opponunt prædicationi Evangelii ſui. Epiſtolam illam prelo excuſam præmiſſam vidi in libello hoc anno Antverpiæ prelo vulgato ſub hoc titulo: *Chriſtelijcke antwoorde op den eerſten boeck der laſteringen... van twee Apoſtaten... die eertijts miniſters geweeſt hebben...* Epiſtola iſta ſic concluditur: *Edele.... Heeren... In Antwerpen den 15. julii 1583. uwer Eerweerden dienſtwillighe dienaer Thomas Tilius.*

Anno 1583. Jul.

Festa abrogantur.

Catholici, qui, licèt in exercitio Religionis ſuæ repreſſi & arctati, quidquid inhibitum non erat ſtrictè obſervabant, diebus feſtivis abſtinebant ab operibus ſervilibus & officinas clauſas habebant; cum interim ſectarii apertis officinis ſervilia exercerent. Sectarii id ſcandalum exiſtimabant, adeoque ægrè ferebant. Hinc Senatus ad tollendum prætenſum hoc ſcandalum publico edicto inhibuit, nè quis officinas clauſas teneret, præterquàm diebus Dominicis, in Natalitiis Domini, in Paſchate, Pentecoſte & diebus publicæ comprecationis inſtituendis per Senatum, idque ſub pœna ſex florenorum. Edictum deſuper publicatum 27. julii ſubjungo ex impreſſo (*Placcaert.*)

Edictum deſuper.

GHEBODEN ende vuytgheroepen by Cornelis van Manſdale *Onderſchouteth, Borghemeeſteren, Schepenen ende Raedt der ſtadt van Antwerpen op den XXVII. julii* 1583.

ALSOO om alle ſwaericheyt ende tweedracht tuſſchen den borgeren ende ingheſetenen deſer ſtadt te verhueden, meer dan noodich is, dat ſoo vele als't mogelijcken zy, alle wtwendighe onghelijcheyt ende partialiteyt gheweert ende ewech genomen werden, ende dat men bevindt, dat ter contrarien vele borgeren ende inghe-ſetenen

huere

Anno 1583. Jul. *heure deuren ende winckelen openen ende oock toehouden ende ſluyten op ſulcke dagen als hen belieſt, tot groote ontſtichtinghe van alle de werelt; namentlijck nae dien de borgeren ende ingeſetenen heure winckelen gheſloten houdende, dies niet teghenſtaende niet en laten heure neringhe te doen, ſulcx dat t'ſelve maer en wordt voortgekeert tot eene ſuperſtitie, tenderende tot ſeditieuſe tweedrachten.*

Soo eeſt dat myn Heeren de Schouteth, Borgemeeſteren *ende* Schepenen *hebben geordonneert, ende ordonneeren mits deſen, dat alle borgegeren ende ingeſetenen deſer ſtadt ſullen ghehouden zijn heure winckels ende huyſen te openen op werck-daghen, ende die te ſluyten alleenlijck op Sondagen, Kerſmiſſe, Paeſchen ende Sinxen; ende op alle andere daghen, die van weghen mynen Heeren den Schouteth, Borghemeeſteren ende Schepenen ſullen gheboden worden met vaſten ende bidden te eeren ende te vieren. Ende dat oock op alle daghen hier voren niet wtgheſteken de Juſticie ſal worden gheadminiſtreert, Greffie, Secretarie ende examinatie gheopent; de tollen, convoyen, licenten, accyſen ende impoſten betaelt, ende de cameren daer toe ghedeſtineert oft alnoch te deſtineren tot dien eynde oock open-houden ende alſoo ſaecken ghehandelt, ghelijck men op ordinariſe werckdaghen placht ende ghewoon is te doen. Op de pene van ſes Ryns-guldenen te verbeuren by de ghene, die ter contrarien ſal bevonden worden ghedaen te hebben; te bekeeren d'een helft tot behoeve van den aermen, d'andere van den ghenen die d'executie hier aff doen ſal, t'waere myne Heere den Schouteth, Collonel oft Capiteyn t'ſamen, ende elcken van hen byſonder, daer toe in hun quartier auctoriſerende midts deſen* Signatum: *G. Kieffel.*

Cum

Cum in hoc edicto ultra Dominicas excipiantur Paſcha & Pentecoſte, quæ ſemper in Dominicam incidunt, credendum ſecundam & etiam tertiam diem coli debuiſſe abſtinendo ab operibus ſervilibus. Anno 1583. Jul.

Dein etiam plures catholicos tamquam Parmenſi ſtudentes in exilium egerunt & alios carceri mancipârunt. Credendum hoc tempore expulſos fuiſſe religioſos monaſteri Perri-Pots (ſi ante non diffugerint, ut religioſi S. Michaëlis) ſaltem bona illorum in fine hujus anni publicè venum expoſita fuerunt, ut infrà dicetur. Plerique, ſi non omnes, Canonici & alii eccleſiaſtici hoc tempore miſſi ſunt in exilium: in regiſtro enim Actorum Capituli ultimus Actus notatur ad 16. julii hujus anni; & dein ſequitur hoc, quod ad memoriam notavit Notarius dicti Capituli: „Anno à „Nativitate Dñi 1584. indictione duodecimâ, „Pontificatûs Smi in Chriſto Patris & Dñi „noſtri, Dñi Gregorii divinâ providentiâ „Papæ decimitertii anno duodecimo, uſque „ad 25. maii, quo fuit coronatus, propter „abſentiam dominorum Canonicorum, & „propter vim & violentiam hæreticorum & „incarcerationem meam & exilium meum, „nihil fuit actum." Hoc, ut communicatum, ſic refero.

Catholici expulſi & carceri incluſi.

Ceſſant Acta Capituli & Vicariatûs.

Similiter hoc tempore ceſſant Acta in regiſtro Actorum Vicariatûs ſede vacante; & ultimus Actus notatur 22. aug. hujus anni: nec Acta alia ſuccedunt uſque poſt reductam Civitatem. Aug.

Sicut autem Notarius Capituli detentus fuit, ſic hoc tempore plures alii catholici carceri mancipati fuerunt; inter quos eminet Dominus *Baltaſar van Vlierden*; ante factiones novatorum Senator hujus Civitatis; qui ab hoc tempore uſque ad reductam civitatem, id eſt duobus annis,

Baltaſar van Vlierden incarceratus duobus annis

Anno 1583. Aug. annis, carceri detentus fuit, ac intereà tormenta, minas mortis ac promiſſa conſtanter ſuſtinuit; donec per Parmenſem liberatus Curiæ reſtitutus fuerit, ac dein anno 1588. factus ſit Burgimagiſter. Patent hæc ex ſubjuncto Epitaphio ipſi per liberos poſt obitum poſito in choro S. Georgii, quod ſic exhibet Swertius *Monu. ſepulch. pag.* 120.

D. O. M. S.

Epitaphium ipſi poſitum. *Quàm ſors vita & virtutis ſit varia, Viator, ex me diſce. Sum* Baltaſar van Vlierden *hic ſitus, vetuſtâ ac nobili Taxandriæ natus proſapiâ. Florentem me ſpectavit* Antverpia *Senatorem, dum ſtaret ipſa florens, fida Principi ac Deo. Quâ mox oppreſſâ perfidis Novatorum factionibus, idem me involvit caſus, corpore non animo ſuccumbentem: ut quem non biennii carcer, non repetita tormenta, non mortis minæ, non promiſſa flexêre à fide in Patriam, Regem ac Deum: donec miſerante Numine, verſâ rerum vice, reductis in urbem victricibus* Alexandri Farneſii *ſignis, ipſa, ut luctum poſuit, illicò & me conſortem reſtitutæ voluit libertatis & lætitiæ ſuæ. Quâ ſuggerente, poſito ſquallore carceris, juſſu Ducis, clangente tubâ, ſpectante populo, bonis gratulantibus cum gloria reductus ſum in domum atque Curiam, delatis inſuper Conſularibus nec-opinato falcibus. Verùm arduo hoc in agone exhauſtis viribus deceſſi æt. an. LV. Chr. MDXCI. 17. Kal. Jun. Te ſperans ſpectanſque, magne Deus, mercedem magnam nimis. Conjugem habui* Catharinam van Delft *ex nobilibus Toparchis de Gyſenborch & Nyerkerken oriundam &c.*

Qualia generoſus hic Senator in carcere ſuſtinuit, vix dubium, quin plures alii catholici ſimilia ſuſtinuerint à furentibus calviniſtis.

Sicut

Sicut Antverpiæ ſic & Bruxellis catholici patiebantur. Hæc deſuper refert Haræus *pag.* 354: Calvinianus Bruxellæ Magiſtratus videns Catholicos indies fieri animoſiores, majoremque eorum eſſe numerum quàm exiſtimârant; vim aliquando verentes multos iterùm urbe pellunt; Miſſam dici magnâ conſtitutâ pœnâ rurſùm vetant: quin & Beginagium venum publicè exponunt ac per partes vendunt; demolirique emptores quæ emerint permittunt; & inſigne templum venditis lapidibus diruunt; eò magis timentes, quòd paulò antè unius cohortis præſidiariæ Præfectus ad Parmenſem defeciſſet, jamque in manus regiorum navem, Antverpiâ Bruxellam homines vehentem ſupra octoginta, tradidiſſet. Erat inter captivos ſignifer cohortis adoleſcentum Antverpianorum, à quo ingens pondus auri acceperunt. Hæc *Haræus*.

Anno 1583. Septemb.

Similiter Bruxellis.

Ordines gen. excludunt exercitium Relig. cath.

Cum autem Civitates hoc tempore catholicos ſic perſequerentur & exercitium Religionis catholicæ omninò eliminatum vellent; Ordines generales conſiderantes in eis hanc ſibi gratam diſpoſitionem, ulteriùs negotium religionis ſibi appropriare tentârunt: & cum in Unione Ultrajectina anni 1579. civitatibus relicta eſſet libertas diſponendi in negotio Religionis, prout expedire judicarent; hoc tempore in congregatione generali ſtatuunt, quòd, cum religio reformata ſeu calviniana jam ubique exerceretur & recepta eſſet, ea ubique in Provinciis unitis ſic manutenenda ſit, ut nullius alterius religionis exercitium publicum in dictis Provinciis permittatur. Excluditur hìc non tantùm exercitium Religionis catholicæ ſed & Lutheranæ. Concedunt tamen, ut ſi quæ civitates catholicæ ſe jungere vellent Unioni, iſtæ libertatem religionis retinere poſſent. P. Bor. *Lib. XVIII. pag.* 35.

Cum

Anno 1583. Octob.

Senatus vult exemptionẽ redituum eccleſiaſticorum ad uſum miniſtrorum.

Cum Nobiles Brabantiæ ſtatuiſſent exigere nummum quintum ex omnibus bonis & redditibus, conſenſit quidem in iſtam exactionem Senatus Antverpienſis; verùm exemptos voluit reditus eccleſiaſticorum ad onus civitatis; quòd deſtinati eſſent ad intertentionem miniſtrorum, ſcholarum & ſimilium. Ita reſpondit 3. octob. Senatus ad ſibi deſuper propoſita per Nobiles Brabantiæ; prout legitur in regiſtro Panni-parorum *fol.* 149.: *Wel verſtaende dat de Renten, die de Geeſtelijckheyt heeft op de ſtadt van Antwerpen, ſelen vry ſijn in regarde van de betalinge van den vyfden penninck ende konfiſcatien; als gedeſtineert tot onderhout van de miniſters, ſcholen ende diergelijcke goede wercken.* In hanc tamen Senatûs ſententiam non iverunt reliqua civitatis membra, ut *ibid.*

Novemb.

Agitatur negotium reconciliationis cum Alenſonio.

Agitabatur iterùm negotium reconciliationis cum Alenſonio. Ordines fœderati 19. novemb. quoſdam deputârunt in Galliam ad negotium hoc tractandum, illiſque datæ ſunt inſtructiones præſcriptique articuli, Alenſonio proponendi, qui referuntur in regiſtro Panni-parorum *fol.* 181. Inter illos autem articulos unus legitur concernens Religionem, quo præcavent Ordines; nè Religionis catholicæ exercitium alicubi introducat aut renovet, ſic ſonans: *Ende ſoo verre ſijne* Hoocheyt *ſoude begeeren haer te vinden in eenige Steden van deſe Landen daer toe bequaem, dat hy in ſeyt van de Religie aldaer nyet en ſal mogen attenteren ofte veranderen: maer laten in ſulcken ſtaet, gelijck hy die ſal vinden; behoudelijck altyt de vryheyt in ſijn Hof.*

Conditio circa Religionẽ

Aldegondius Burgimagiſter.

Philippus Marnix de S. Aldegonde, quem nuper Orangius diſcedens Antverpiam vocaverat, ut in negotiis vices ſuas ſuppleret, 30. novem-

novembris hujus anni in renovatione Magiſtratûs, juxta requiſitionem Orangii, factus eſt primarius Burgimagiſter cum ſecundario *Jacobo van Wachtendonck*. Hi continuati ſunt anno ſequenti; & in dicto munere perſeverârunt, uſque ad reductionem civitatis. Anno 1583. Novemb.

Erat *Aldegondius* vir nobilis Bruxellis natus, qui initio tumultuum Belgicorum à fide catholica defecerat; magnam partem habuerat inter eos, qui Belgas ad rebellionem ſuſcitârunt, ac auctor fuerat famoſi Libelli oblati per Nobiles an. 1566. Gubernatrici: hinc Orangio ſummo honore, catholicis autem odio habitus. Ad diverſos Reges, Principes ac Reſpublicas ſæpè Legatus: nempè anno 1575. in Angliam; 1578. ad comitia Wormatiæ; 1580. in Galliam, ubi & Ducem Alenſonium induxit ad capeſcenda Belgii gubernacula. Vir ingenioſus, eruditus, eloquens & in ſcripturis utriſque ac jure utroque non mediocriter verſatus. Plura ſcripſit, quæ refert Fop. *Bibl. Belg. pag.* 1037., inter alia an. 1577. propoſuerat Michaëli Bajo S. T. D. Lov. quæſtiones varias *de Eccleſia* & *de verbis forma Euchariſtiæ*, quas utrimque viri illi agitârunt publicis ſcriptis uſque ad annum 1582., quæ referuntur in collectione Operum Mich. Baji. Quidam ajunt eum poſtremis vitæ annis in ſuſpicionem apud Batavos veniſſe, quòd reditum ad Hiſpanos meditaretur: ideoque illi impoſitum ſtudium Biblia in linguam vernaculam transferendi, cum annuo quidem 2400. florenorum ſtipendio, præter trecentos pro mercede habitationis: ſed ſimul adhibitâ cuſtodiâ, nè (uti paulò antè *Lipſius* defecerat) & ipſe à Batavis evaderet. Obiit Lugduni Batavorum 15. decembris anno 1598. æt. 60. In app. Indicis conc. Trid. ponitur Aldegondius inter Auctores 1. claſſis. Qualis fuerit.

Vidimus

Anno 1583. Decemb.

Bona Petri-Pots & Carthuſiæ Liranſis venum exponuntur.

Vidimus ſuprà Ordines generales propoſuiſſe, ut bona Eccleſiaſticorum fugitivorum & expulſorum Fiſco addicerentur ad uſum communis cauſæ. Vidimus inſuper Antverpiam ſeſe huic propoſitioni oppoſuiſſe & voluiſſe, ut bona ſimilia ſita in diſtrictu Antverpienſi cederent privativè uſibus ſuis. Jam autem videntur Ordines ſingularum Provinciarum etiam reclamâſſe & contendiſſe, ut bona eccleſiaſticorum Provinciæ ſuæ cederent uſibus Provinciæ; etiamſi ſita forent in alia Provincia: videnturque id obtinuiſſe. Hujus rei exemplum habemus in Ordinibus Brabantiæ, qui 6. decembris hujus anni 1583. per Edictum publicum venum expoſuerunt in hac civitate bona Monaſterii *Pétri-Pots* & *Carthuſia* Liranæ, ſita in Provincia Hollandiæ. Edictum deſuper prelo excuſum, quod vidi, ſic ſonat.

Edictum deſuper.

MEN SAL van weghen de Staten van Brabant *binnen Antwerpen ten huyſe van Lambrechts Buyck op de Meren-brughe, ghenaemt Swaen-in-borgerhout, openbaerlijck een iegelijck even naer, ende den meeſt daer voor biedende, vercoopen de partyen ende gronden van erven nae beſchreven, gheleghen in d'eylande van* Overvlacke *onder Hollandt, dat men ghemeynelijck noemt d'landt van* Oelkensplaet: *daer toe den eerſten ſitdagh ſal ghehouden worden de 29. novembris in den jare 1583. naeſt-comende ten dry uren naer den noene; ende voor de leſte reyſe oft finale keerſbrandinghe acht daghen (te wetene den 6. december) daer naer.*

Dein deſignantur bona illorum monaſteriorum, primò Petri-Pots: 14. *gemeten op de Weel*, 10. *gemeten by de nieuwe Tonge op de Midderherniſſe grondt.* 30. *gemeten in Spiernagel, ghebeeten den Ooſtblock. De helft van* 57. *gemeten*

gemeten 150. *roeyen*, *ghelegen in't oude landt van Middelharniſſe*. 63. *gemeten*, *waer van* 53. *gemeten in't oude landt van Middelharniſſe*, 5. *gemeten in onſer vrouwen polder ende* 5. *gemeten in't Ooſtmeer*: *waer van de* 5. *gemeten in onſer Vrouwen polder hebben toebehoort aen de Sartrooſen van Lier*. 14. *gemeten aen den langen wech*. 53. *gemeten een quaert ghelegen in't oude landt van Middelharniſſe*, *waer van* 19. *gemeten toebehoort hebben de Sartrooſen van Lier*. 32. *en* 14. *gemeten in't oude landt van Middelharniſſe*. *Item* 7. *gemeten als voren*. *De helft van* 50. *gemeten in't oude landt van Middelharniſſe op Schuringhe*. 42. *gemeten in onſer Vrouwen polder*. *Ontrent* 150. *gemeten in Dierixlandt*. Anno 1583. Decemb.

Dein quæ ſpectårunt ad Carthuſiam Liranam, 14. *gemeten*, *item* 5. *gemeten in onſer Vrouwen polder*. *Item een erfpacht van* 6. *gulden 's jaers tot Middelharniſſe*. *Het ſeſde in't vierde ende een ſeſtiende in de Heerlyckheyt ende tiende in Middelharniſſe*. 38. *gemeten ende* 77. *gemeten gelegen in Clinckerlandt*. 75. *gemeten gelegen in de oude Tonge*. 12. *gemeten gelegen in Belislandt*. Ita ut hic per Status Brabantiæ venum expoſitæ ſint ex terris Petri-pots 459. menſuræ (*gemeten*) & 255. menſuræ ex bonis Carthuſiæ Lirenſis. Bona autem iſta magis ſpecificata referuntur in relato Edicto.

Anno octuageſimo-quarto Fœderatorum negotia vacillare cœperunt. Reconciliationem cum Alenſonio agitaverunt, donec ipſe è vivis excederet. Dein Belgii ſupremum dominium obtulerunt Regi Galliæ & contrà Hiſpanos auxilia petiverunt: verùm Galliarum Rex utrumque negavit. Interim trucidatur Princeps Orangius Fœderatorum caput, & in locum ejus proviſionaliter ſubſtituitur Mauritius Naſſovius. 1584. Negotia Fœderatorum vacillare incipiunt.

 Hinc

Anno 1584. Janu. Hinc conſternatio continua inter fœderatos & hæterodoxos. Bellum ingraveſcebat ; Alexander Parmenſis, plurimùm proficiebat, Flandriam penè totam hoc anno ſubegit & magnam Brabantiæ partem ; Antverpianam obſidionem, quâ fortè nulla famoſior, hoc anno cœpit ; Antverpienſes plurimùm arctavit ac preſſit. Hinc toto hoc anno vix quidquam legitur circa exercitium Religionis catholicæ, hæterodoxis anxiis intendentibus defenſioni civitatis, catholicis exoptantibus & prævidentibus reductionem civitatis ad obedientiam Regis. Unde præſumendum negotia Religionis catholicæ in hac civitate hoc anno manſiſſe in eo quo erant ſtatu in fine præcedentis anni, id eſt, ſuppreſſum manſiſſe omne ejus exercitium.

Anniverſariū cædis Gallorum celebrahdum quotannis. Primus, quem ſcimus, hoc anno renovati Magiſtratûs actus fuit edictum, quo publicè indicebatur dies decimus-ſeptimus januarii habendus ſacer quotannis atque feſtivus, ob victoriam anno ſuperiore eo die in hac civitate de Francis obtentam. *Haraus pag.* 357. Edictum hoc, probroſum Alenſonio, publicatur Antverpiæ, dum reconciliatio cum dicto Principe adhuc agitabatur & ſperabatur. Interim factum hoc in Gallia aliquamdiù celatum fuit. Cum autem Alenſonius, inquit *Strada*, ignonimiæ impar inaudiſſet, ſuper infauſtam inhærentemque animo memoriam illius cladis compoſitum Antverpiæ illud decretum, ipſe morbo ex mœrore contracto, quadrageſimo morbi die extinctus fuit.

Aldegondius fruſtra Liram tentat. Die 18. janu. *Aldegondius* Antverpienſium Conſul ab exploratoribus edoctus exiguum Liræ eſſe præſidium ; evocato Bruxellâ ac Mechliniâ auxilio, aſſumptiſque Antverpiâ duobus virorum millibus ac tribus equitum turmis, nocte Liram

Liram proficiſcitur, ſperans auxilio civium calvinianorum ſe facilè portam unam obtenturum. Sed cum non longè à Lirâ abeſſet, fit certior quatuor equitum Epirotarum turmas ſe ad portam expectare. Siſtit itaque cum Antverpianis gradum; præmiſſiſque exploratum ſuis equitibus; Epirotæ laxis in eos frenis deferuntur, primoque in curſu non paucis ex equis dejectis, reliquos in fugam agunt: quo aldegondius viſo trepidus Antverpiam revertitur; deſideratis circiter centum equitibus, captis ſexaginta, ac inter hos *Giſberto Leonino*; qui ſtatim è vulnere Liræ obiit. Haræus *pag.* 358. Anno 1584. Janu.

Intereà Antverpiani cernentes; quod ditio Waſiana & quatuor Præfecturæ vicinæ ſe Regi conciliâſſent; Parmenſiſque hâc ratione eâdem operâ ipſos, Gandavenſeſque eſſet preſſurùs; trajecto ſcaldi in Flandricæ oræ pagis Zaftingæ & vicinis locis munitiones conſtruxerant, perfoſſis aggerum molibus Scaldi objectis: ſed cum Regii capto Borchto pago Antverpiæ vicino; nihilominùs commercia Antverpienſium cum Mechlinienſibus; Bruxellenſibus; Teneramundanis & Gandavenſibus redderent infeſta; Ordines armatis navibus regios fine januarii pellere conantur; ſed fruſtrà. Quare perforatis ſimul in Hoboken è regione pagi Borchti aggeribus; nè regii eum etiam locum occuparent; infuſo flumine agros ſtagnare fecerunt. *Haræus ibid.*

Parmenſis obtinet Waſiam & Borchtum.

Nonâ februarii in congregatione membrorum civitatis, ſeu lato-Concilio, varia à Senatu ſunt propoſita, quæ referuntur in regiſtro Cameræ Panni-parorum. *fol.* 209. Inter alia agitata fuit quæſtio de modo, quo ſolveretur nummus centeſimus, nuper decretus de omnibus immobilibus & reditibus, & quinam exempti forent. Febr.

Miniſtri Calviniſtarum & Lutheranorū exempti ab oneribus.

I 2 Senten-

Anno 1584. Febr.

Sententiam ſuam jam retulerant Vico-magiſtri; nempè ut ſolveretur unicâ vice primâ maji, & nulla bona aut reditus tam vitalitii quàm hæreditarii exempti forent, etiamſi in litteris de exemptione ageretur; exceptis ſolùm redditibus, quos camera Eleëmoſynariorum & hoſpitalia hujus civitatis levabant ſuper Corpus ejuſdem. Senatus hanc Vico-magiſtrorum Opinionem proponit in Concilio-lato; & requirit, ut cætera membra in eam conſenſum præbeant.

Camera Decanorum conſenſit quidem in propoſitionem; ſed voluit plures exemptos, nempè redditus Cameræ bonorum eccleſiaſticorum & domus, quas inhabitabant miniſtri &c. religionis calvinianæ & lutheranæ, ut habet eorum opinio, quæ ſic refertur in dicto regiſtro *fol.* 211.: *De Goede-mannen wederom geleth hebbende op de betalinge van den leſten geconſenteerden hondertſten penninck, nopende de conditien ... oick dat gheene huyſen ... noch ... renten en ſullen vry ſyn ... dan alleenelijck de renten van de Camere van de Aelmoeſſeniers ende andere Gaſthuyſen deſer ſtadt; mits oick de Camere van de geeſtelijcke goederen deſer ſtadt, als oick alle huyſen bewoont by de Miniſters, Coſters, Sieck-beſoekers ende arme-ſchoolmeeſters van de gereformeerde Religie deſer ſtadt, als oick, die van de Confeſſie van Augſborch, conformerende hen met d'opinie van uw E.*

Ex hâc opinione videmus etiam heterodoxos cordi habuiſſe exemptionem miniſtrorum eccleſiæ ſuæ.

Inſuper inde concludere poſſumus, Lutheranos in hac civitate hactenùs habuiſſe publicum ſuæ Religionis exercitium, licèt, ut ſupra *pag.* 125. vidimus, Ordines voluiſſent & decreviſſent, nè ulla Religio præter calvinianam haberet exercitium publicum.

In

In eodem Concilio propoſuit iterùm magiſtratus negotium reconciliationis cum Alenſonio. Propoſitio, quæ refertur in dicto regiſtro *fol.* 209., meritò hìc integrà ſubjungitur. Anno 1584. Febr.

Proponitur reconciliatio cum Alenſonio.

IS NOCH geproponeert, dat alſoo mijne Heeren hadden brieven ontfangen van heure Gedeputeerde ter vergaderinge van de Staten generael, ende daer uuyt verſtaen, dat d'opinie aldaer van wegen de ſtadt van Antwerpen ingebracht, op 't poinct van reconciliatie met ſijn Hoocheyt, *was ſinguliere ende geheel different van de opinie van die van Vlaenderen, Hollandt, Zeelandt ende andere Provincien, die welcke alle conſenteren in de reconciliatie met ſijn* Hoocheyt *achtervolgende het tractaet van Bordeaux: ende wort daer op geproteſteert tegens die van Antwerpen, als dat het alleenelijck by ons ſoude ſtaen, dat de reconciliatie achter blijft, ende datter alſoo geene hulpe en comt uyt Vranckryck; daer nochtans de ſaecken in Vranckrijck wel ſcheynen gediſponeert tot onſer hulpe, ende wy ſonder aliantie ende aſſiſtentie van Vranckrijck ſwaerlijck ſullen de vyandt cunnen wederſtaen*

Soo hadden mynen Heeren Borgemeeſteren, Schepenen *ende* Raidt *de ſaecke anderwerf in deliberatie geleſt: ende want men by den tractate van Denremonde heeft ſijnder* Hoocheyt *vaſtelijck toegeſeyt ende geloeft naerder te commen in tractate van reconciliatie; dat oick geen reden en ſcheynt te weſen, die van Hollant ende Zeelant u te willen dwinghen voorder hen in-te-laten, dan ſy te voorens hebben willen: item dat die van Vlaenderen expreſſelijck verclaren, datſe te vreden ſijn oft die van Hollant en Zeelant mede tracteren ofte nyet; aengeſien (ſoo ſy ſeggen) de Landen en moghen om die reſolutie van Hollant ende Zeelant nyet verloren gaen, maer moeten met d'een oft d'ander middel geholpen wordden. Jae ſy achten, dat die conditien beſproken by die van Hollant ende Zeelant ſoulden moghen dienen tot meerdere verſekerheyt van d'andere Provincien, om hunne vryheden te conſerveren. Dat oick ſijne V. G. hen ſterck*

Anno 1584. Febr. *maeckt, dat ſijne* Hoocheyt *alnoch metten tractaet van Bordeaux ſouden te vreden ſijn, ſonder dat, mits de reſolutie van die van Hollant ende Zeelant, ſwaricheyt ſal reyſen.*

Soude daeromme mijn Heeren van advys ſijn, op't welbehagen van d'andere Leden, dat men met ſijne Hoocheyt *ſoude moghen tracteren; toch op conditie, dat die Coninck van Vranckryck, datelijck aennemende de defenſie van deſe Landen, ſal den Coninck van Spaignien openbare oirloge aendoen te water ende te lande in alle manieren; d'welck ſijne* Hoocheyt *ſoude terſtont moeten procureren by den Coninck ſijnen broedere, voor ende aleer men ſijne* Hoocheyt *ſal aennemen oft bekennen voor Heere van den Lande: ende voorts op alſulcke conditien meer, als mijne Heeren hebben in voorgaende Breede-raden geproponeert. Verſueckende dat de Leden dit poinct noch eens willen hervatten, ende daer op vruchtbaer reſolutie inbrenghen.*

Reſponderunt ad hæc opificum Collegia *ibidem fol.* 211 *verſo.*

Conſentiunt in eam membra civitatis. *Aengaende de naerdere opinie, gemaect by myne Heeren* Borgemeeſteren *ende* Schepenen, *belangende de reconciliatie met ſijn* Hoocheyt*; ende gemerct d'andere Provincien willen ende begeeren met de voorſ.* Hoocheyt *te reconcilieren: ende in rype deliberatie ende overlegginge genomen hebbende t' gene dat daer ane cleeſt; als oick de verſekeringe, die ſijn* Excel. *den Staten toegeſecht heeſt, dat hy met de reſolutien van die van Hollant ende Zeelant hem ſal genoegen: ende aengemerct wy geenſins ons van de Unie van onſe bontgenoten en willen affonderen, ende omme nyet langer tyt te verlieſen, ende op de conditie in de opinie van mynen Heeren* Borgemeeſteren *ende* Schepenen *begrepen, hebben hen dien aengaende wel willen conformeren.*

Cum autem Antverpia in reconciliationem conſenſiſſet & deſuper cum reliquis Provinciis conveniſſet, Deputati Statuum in Gallia

effica-

eſſicaciùs agere cœperunt cum Alenſonio ; & ſat brevì reconciliationem concluſerunt. Anno 1584. Mart

Interea à Parmenſi, erectis munitionibus captiſque idoneis locis, præſſi Gandavenſes multarum rerum inopiâ laborare incipiebant; donec menſe martio conſtructo munitoque Wettreæ per amnem ponte nihil Antverpiâ alicujus momenti ampliùs acciperent. Quare tandem Gandenſes ſe undique clauſos conſpicientes, de urbe Regi concilianda loquentibus aures præbere incipiunt. Poſt aliquot dies Gandenſes, Brugenſes ac Franconates Legatos ad Parmenſem mittunt, ut de conditionibus agerent, conceptæque examinarentur; quas tamen ante omnia Antverpiam 19. martii miſerunt. Ubi deputati 20. ſummo manè in Concilium admiſſi præſentibus Brabantiæ Ordinibus, verbis ſcriptiſque docent, quid Gandenſes, Brugenſes ac Franconates de pace cum Rege ineunda in animis haberent, petentes jungere ſe vellent. Recuſant Antverpiani; Libellumque dictatore Aldegondio Conſule typis edunt, quo omnes à pace cum Rege facienda avertere conantur. Ita Haræus *pag.* 159. Epiſtolam autem, quam Senatus Antverpienſis deſuper 29. hujus menſis ſcripſit ad Gandenſes, in qua ipſorum modum procedendi ſuſpectum habet, refert P. Bor. *Lib. XVIII. fol.* 42. *verſo.* Interim nec Gandenſes, nec Brugenſes hâc vice Regi reconciliati fuerunt.

Gandenſes tentant Antverpienſes ad pacem cum Rege.

Recuſant Antverpienſes.

Deputati Ordinum, qui agebant in Gallia apud Alenſonium, ſcripſerunt 28. martii ad Ordines, reconciliationem cum Alenſonio concluſam eſſe, ſeque penè omnia obtinuiſſe, quæ juxta inſtructiones requirere debuerant; & Alenſonium ſtatuiſſe Belgio ſuccurrere & ab eo, dante Deo, avertere bellum. P. Bor. *Lib. XVIII. fol.* 48. *verſo.* Hæc reconciliatio peracta

Reconcilatio cum Alenſonio peracta.

 fuit,

Anno 1584. Mart. fuit, antequam Alenſonio innotuiſſet probroſum ſibi Edictum Antverpiæ publicatum de celebranda quotannis memoria cœdis Francorum 17. januarii; quod cum dein reſciſſet, mœrore correptus, quadrageſimo poſt die obiit; unde grata hæc Ordinibus reconciliatio effectu fruſtrata fuit.

April. Parmenſis obtinet Ipras. Iprenſes octo menſium arctâ obſidione fatigati, tandem rerum neceſſariarum inopiâ coacti 10. aprilis ſe Regi dederunt honeſtis legibus; inter quas quod unica tantùm exerceatur romana religio. Haræus *pag.* 360.

Maj. Inopia miniſtrorum hujus civitatis. Hoc tempore in hac civitate inopiâ premebantur miniſtri totumque calviniſtarum miniſterium, eò quòd proventus Cameræ bonorum eccleſiaſticorum non ſufficerent ad eorum ſuſtentationem. Hinc nè totum miniſterium concideret, nec verbum Dei inde pateretur, alia media quærit Senatus; & deſuper concipit hoc decretum, in Concilio vulgò *Maendaegſchen-raedt* ſignatum 18. maii, & relatum in regiſtro Panni-parorum *fol.* 249.

Decretum Senatûs, quo illis providetur. *MYNE HEEREN* Borgemeeſteren *ende* Schepenen *der ſtadt van Antwerpen volcommelyck onderricht weſende van den grooten noot, die de* miniſters *deſer ſtadt ende het geheel* miniſterium *is lydende door gebreck van betalinge van't gene tot hen onderhout der ſelver is toegevoecht, veroirſaeckt door dyen de Gecommitteerde tot't beneficieren van de geeſtelijcke goeden myne Heeren Borgemeeſteren ende Schepenen hebben verthoont, ende by particuliere declaratie van d'innecomen, uuytgeven ende laſten van de ſelve Camere beweſen, dat zy voor deſen tyt daer inne niet en cunnen verſien; mits dat deſelve laſten bevonden werdden vele meer te bedragen dan't voorſ. innecomen. Ende aengeſien door faulte van de voorſ. betalinge, ende ſonder hier inne by andere prompte middelen te verſien, ende dat voorſ. miniſters eenige vernueginge te doene, t' voorſ.*

miniſter

miniſterium ſoude commen te ceſſeren oft eenighe verhinderinge in d'oeffeninge des goddelijcke woordts moghen geſchieden : ende mynen Heeren begeerende , ſoo vele hun mogelijck is , de voorſ. camere te aſſiſteren , hebben de ſelve geordonneert ende ordonneren mits deſen den Treſoriers ende Rentmeeſtere deſer ſtadt , dat ſy de voorſ. camere ſullen vuytreycken ende laten volgen de verloopen ende achterſtel van de renten ende cheynſſen , die de geeſtelijckheyt ſoo van deſe ſtadt ende in't quaertier der ſelver , als van andere plaetſen ende quaertieren op deſe ſtadt ſijn beſſende ; mitsgaders oick van de ingecochte brieven by de voorſchreve camere in betalinge van vercochte geeſtelijcke goeden overgenomen , naer vuytwyſen der ſelve brieven. Verclarende myne Heeren dat ſy d'inhout van deſe Acte ten naeſten Breeden rade ſullen overgeven , om by den ſelven voorts geratificeert te wordden. Actum in den Maendaechſchen Rade 28. may 1584. Geteeckent S. van Uffele. Anno 1584. Maj.

Secundùm promiſſa Senatus decretum hoc demùm propoſuit in Concilio lato die 13. junii, ut *ibidem fol.* 246. , quo ſuper ibidem hæc leguntur. Proponitur in Concilio lato

Is voorts oick verthoont , dat mits dyen het innecommen van de geeſtelijcke goeden nyet en is genouchſaem , om te onderhouden de kercken-dienaers ende andere nootelijcke oncoſten , gelijck dat is by ſommieren ſtaet gebleken ; dat daeromme , ende mits meer andere redenen verbalijck verhaelt , mynen Heeren Borgemeeſteren , Schepenen , Treſoriers ende Rentmeeſtere hebben goet-gevonden , dat de renten gehipotheceert op deſe ſtadt , ende geprocedeert van de geeſtelijcke goeden , ſelen wordden geemployeert tot onderhoudt van de miniſters , ſchool-meeſters , ſieckenbeſoeckers ende anderen kercken-dienaers , volgende de Acte ende reſolutie genomen in den Maendaechſchen Raedt , hier by gevuecht. Verſueckende dat mijnen Heeren d'oude Schepenen , Hooſtmannen ende Wyckmeeſteren ende Goede-mannen van den Ambachten hen gelieven daer mede te conformeren.

Aldus

Anno 1584. Maj. *Actus insgelijcx gedaen den voorſ 13. junii 1584. in Collegio.*

Opificum Collegia conſenſum præbuerunt 19. junii, ut ibidem *fol.* 251. *verſo* in hæc verba :

Approbatur *Conformeren oick d'Acte nopende de betalinge van de Camer van de geeſtelijcke goeden.*

Brugenſes & Franconates ſe donant Regi. Interim pacis negotium Gandavi prorſus everſum erat ; verùm his non obſtantibus Brugenſes, Caroli Crouiaci Chimaji Principis auctoritate ſecretoque auxilio fulti, oblatas conciliationis conditiones cum Franconatibus receperunt, ſeſeque Regi dederunt. Publicata eſt Pax in urbe Brugenſi 25. maii ingenti cum gaudio, Orangianis & calvinianis mille modis Chimajum execrantibus, ac ſpecie religionis reformatæ ſe ab eo deceptos clamantibus. Hæræus *pag.* 362.

Jun. Hinc declarantur hoſtes patriæ. Hinc Ordines exacerbati 4. junii Edictum publicârunt, quo Brugenſes & Franconates declarantur hoſtes patriæ, prohibetur omnis cum eis communicatio & bona illorum mobilia & immobilia Fiſco addicuntur. P. Bor. *Lib. XVIII. fol.* 50. *verſo.*

Alenſonius moritur. Cum magna Ordines ex reconciliatione cum Alenſonio expectarent ; Alenſonius ipſo morbo ex mœrore contracto, quòd ſuper infauſtam hærentemque animo memoriam Antverpienſis cladis nuper inaudiſſet compoſitum Antverpiæ decretum, ut dies, quo Galli urbe pulſi fuerant, facer quotannis ac feſtus Antverpienſibus haberetur, ignominiæ impar quadrageſimo morbi die, junii die 10., in Theodorici-Caſtro anno ætatis ſuæ trigeſimo non ſine pietatis ſenſu extinctus eſt. *Strada.* Mors hæc conſternationem ſummam induxit inter fœderatos ; qui tandem eò venêrunt, ut fœderatarum Provinciarum ſupremum Dominium offerrent Regi Galliæ

Decre-

Decreverat jam Parmenſis debellare Antverpiam eamque ſic obſidere, ut brevì ſe tradere coacta foret: volebat enim, ut ajebat, ſecurim applicare ad radicem, reputans à civitate Antverpienſi omnia pendêre, tamquam quæ præcipuè bellum intertineret: & eâ ſuperatâ, ſe brevì cum Hollandis & Zelandis inde conſternatis, propoſitis rationabilibus & gratis conditionibus, conventurum. Hoc Parmenſis intentum hactenùs occultum erat; innotuerat tamen Orangio, idque per qualificatum, qui Parmenſis concilio interfuerat

Anno 1584. Jun.

Parmenſis decernit obſidionem Antverpienſem.

Orangius itaque, cum occaſione baptiſmi Frederici Henrici Naſſovii Delphis 12. junii ſolemne convivium inſtituiſſet, ad eam ſolemnitatem per litteras vocavit *Aldegondium* Burgimagiſtrum Antverpienſem & *Willelmum Martini* ejuſdem civitatis Graphiarium. Finitâ ſolemnitate Orangius Aldegondio & ſocio ejus aperit intentum Parmenſis; monetque nè inde cadant animo, ſed populum, ſi Parmenſis civitatem obſideret aut ſcaldim muniret & clauderet (quod præcipuum ejus intentum eſſe dicebat) animarent, eique affirmarent, ſe intra duos menſes venturum ad obſidionem ſolvendam. Ad hæc *Martini* dicebat rem non ita urgere, cum in civitate annona haberetur ad annum. Replicabat Orangius, quod ſi id intra duos menſes non faceret, Parmenſis ſcaldim ſic muniret, ut vix poſſibilis foret tranſitus.

Orangius illud indicat Aldegondio.

Inter alia autem & ante omnia conſulebat Orangius, ut perforaretur agger dictus *Blaugaren-dyck*, unde inundarentur omnes polderi uſque ad portam civitatis. Aldegondius & Martini reverſi ſequenti die in pleno Collegio præſentibus Conſiliariis Status, Colonellis &c. retulerunt ſibi ab Orangio dicta, & maximè urſerunt

Conſilium Orangii deſuper.

Anno 1584. Jun. uſerunt perforationem dicti aggeris; in quam totum Concilium conſenſit; & conſequenter deputavit Aldegondium cum aliquibus Vico-magiſtris ad viſitandum aggerem, quo nempè opportuniori loco perforaretur.

Impeditur. His reverſis & referentibus in collegio ſuum judicium, advenêrunt Decani Lanionum cum ſedecim aut ſeptemdecim præcipuis ejuſdem opificii; qui admiſſi in concilium propoſuerunt damnum ex dictâ perforatione obventurum, non tantùm ſibi aut proprietariis, ſed etiam toti civitati; cum in pratis mundandis vegetari poſſent duodecim millia boûm, qui uſui forent civitati in caſu obſidionis; dein proponunt impoſſibilem occluſionem Scaldis, concludentes inde nullatenùs neceſſariam dictam perforationem; petentes conſequenter, ut Senatus deluper mutet ſententiam. Senatus tamen perſtitit in ſua opinione: ſed cum inter Laniones quidam eſſent Capitanei, illi ſocios ſuos Capitaneos omnes induxerunt in ſuam ſententiam: qui ſimul Senatum rogaverunt, ut petitionem Lanionum admitteret: & cum Senatus tergiverſaretur minati ſunt ſe perforationem vi impedituros. Hinc dilata fuit perforatio, donec paulatim obtineretur conſenſus: quem dein quidem obtinuerunt, ſed ſerò. Refert hæc latius P. Bor. *Lib. XIX. fol.* 12. *& ſeqq.*, ubi & defectui perforationis hujus aggeris adſcribit amiſſionem Antverpiæ & totius Brabantiæ.

Prohibetur communicatio cum Regiis. Interim Orangius parabat omnia ad Antverpiam conſervandam; qui inter alia, ſe modum viamque commodiorem inveniſſe ratus Regios exercitus ſine ferro extinguendi, Delfis 26. junii publicandum curat, ne quis Provincialium, Ordinibus ſubjectorum, ſub gravibus pœnis cum Regiis negotietur, eiſve anno-

nam

nam ullam vel commeatum advehat. Idemque 22. ejuſdem menſis & Antverpiæ promulgatum eſt : ſed quia mercatoribus non minùs regiorum pecuniâ, quàm Regiis illorum mercibus opus eſſet ; Edictum hoc paulò poſt cædem Orangii (de quâ mox) reſciſſum eſt. Haræus *pag.* 362. Anno 1584. Jun.

Parmenſis autem, quod circa obſidionem Antverpiæ decreverat, executioni mandare incipiens, partem exercitûs ſui, qui in ditione erat Waſiana, mittit in Brabantiam; qui quinto julii ante ſolis ortum à parte ruinoſæ Abbatiæ D. Bernardi Scaldim trajiciunt (armatâ hoſtium nave circa Burchtum perfoſſâ, præſidiariiſque partim cæſis, partim captis) : ac ſeptem circiter millia tum peditum, tum equitum, ductoribus Mondragonio ac Liqueſio ad Lilloum obſidendum tendunt, Antverpianis mox eò mittentibus cohortem adoleſcentum, ac deinde etiam ſtrenuiſſimos præſidiarios alios : eo enim expugnato nullum Antverpianis cum Hollandis ſupereſſe commercium. In ditione quoque Waſiana non quieſcentes expugnant munitiones Anthonis-hoecam ac Teruentum haud procul *Lieſkens-boeck* è regione Lilloi, præſidiariis partim cæſis, ſtrangulatis atque aquâ merſis, quòd paulò antè eâdem ratione cum quadraginta regiis militibus Antverpiani egiſſent. Inde 10. julii ante ſolis ortum ipſam munitionem *Lieſkens-boeck* tormentis oppugnant ac circa ejuſdem occaſum expugnant, interfecto Joanne Petino Præfecto cum Legato magnaque præſidii parte, reliquis nando fugientibus. Haræus *ibid.* Jul. Parmenſis incipit premere Antverpiam.

Hic inchoatur famoſiſſima Antverpiana obſidio, quæ ultra annum duravit. Eam accuratè deſcribere inſtituti mei non eſt : interim in decurſu præcipuos progreſſus Parmenſis indica- Obſidio Antverpiana inchoatur.

Anno 1584. Jul. indicabo ; quo ſaltem tantilla ejus idea formetur.

Orangius Delfis ſclopeto trajectus expirat.

Eodem decimo die julii Guilielmus Naſſovius Orangii Princeps tumultuum Belgicorum choragus, qui jam octo annis fœderatas Provincias ſub nominibus Statuum, Archiducis Mathiæ & Ducis Alenſonii gubernaverat, Delfis Hollandiæ lautè pranſus ; cum è cœnaculo ad ſecretius tenderet cubiculum ; à *Baltaſare Girardo*, in Comitatu Burgundiæ honeſto loco nato ac à tergo comitatum ſequente ; brevioris tormenti globulis, catenulâ ferreâ junctis ; trajicitur, utroque globo per tergum ac vitalia ventrem tranſeunte ; unde in terram cadens nullum intellectûs ſignum præbuit, ſed poſt ſemihoram expiravit. Haræus *pag.* 363. Mors hæc non minorem inter fœderatos induxit conſternationem ; quàm nuper mors Alenſonii. Et inter Antverpienſes effecit ; ut conſtantiores quique, teſte Aldegondio, de pacificando loqui inciperent ; quibus ſi flecti ipſe potuiſſet ; jam tum tradita civitas Parmenſi fuiſſet.

Parmenſis occupat Noortdoelam.

Interim proficiebat Parmenſis : regii enim undecimâ ejuſdem julii ad occupandam *Noortdoelam* ſe parant : ſed Præfectus fruſtrà ſe vim expectaturum videns ; rebus omnibus navibus impoſitis ; incenſâque munitione Antverpiam proficiſcitur : adeò ut hoc tempore fœderati Ordines nihil ad ſcaldim in ditione Waſiana tenerent præter *Terneuſam*.

Ordines Belgium offerunt Regi Galliæ.

Ea de cauſa Ordines videntes Orangium cæſum, ſuaque omnia in pejus ruere, Lilloumque obſeſſum ſine Capite ſe difficulter defenſuros, Bruxellam mittunt, ut Lieſveltius Brabantiæ Cancellarius Antverpiam veniret, communi conſilio Rei-publicæ conſulturus. Venit Lieſveltius. Petunt Ordines in Franciam honeſto

cum

cum comitatu proficiſcatur, Regi Belgicas provincias oblaturus, quòd mortuo Alenſonio Orangioque cælo commodiorem non haberent vicinum Principem. At Lieſveltius, ut fertur, è tempore reſpondit, nullâ ſibi ratione iſta placere; ſed potiùs cum Rege Hiſpaniæ æquiſſimis conditionibus, qui eas nemini hactenùs negârat, in gratiam redeundum: ſed nequaquam reſponſio hæc pluribus & in primis Hollandis placuit. Undè & Fœderatæ Provinciæ uſque ad annum ſequentem ſine Capite fluctuârunt. Hæc ſic Haræus *pag.* 366. Verùm Ordines jam inde à morte Alenſonii per Legatos Regi Galliæ obtulerant ſupremum harum Provinciarum dominium, & ab eo contra Hiſpanos auxilium poſtulaverant: utrumque autem Rex negaverat, ut latè narrat P. Bor. Lib. XIX. Interim toto hoc anno negotium iſtud agitatum fuit, tum hìc, tum in Gallia.

Anno 1584. Jul.

Parmenſis occupat Zuindrechtum & Herentalium

Decimâ-quintâ julii Regii ad ſcaldim occupant arcem ac munitionem Zuindrechtum, præſidiariis Antverpianis eam deſerentibus. Ejuſdem menſis die 17. Ordines præſidium, quod in oppido Herentalio habebant, evocant cum majoribus tormentis; ſed cum circiter milliare cum dimidio iter feciſſent, alii ab Ordinibus veniunt nuntii, redire eos Herentalium jubentes. Sed ad oppidum venientibus, cives captis armis clauſiſque portis ingreſſum negant: miſerant enim ad Parmenſem pro præſidio, quod in itinere eſſe Ordinum milites intelligentes, deſertis majoribus aliquot tormentis, citato paſſu partim Mechliniam, partim Antverpiam contendunt, Regiis nullo ſumptu nec moleſtiâ oppidum recuperantibus.

Edictum nè quis diſcedat, ſine conſenſu ſub pœna confiſcationis bonorum.

Interim Antverpienſes, ut aliquâ ratione imperii dignitatem tuerentur, cum armis hoſtem pellere

Anno 1584. Jul.

pellere non poſſent, publicandis quotidiè edictis ſe ſuoſque fatigabant. Inter cætera 17. julii publico Edicto inhibent, nè quis civis aut incola ſine debito conſenſu ſe à civitate abſentet aut aliò diſcedat ſub pœna confiſcationis omnium bonorum. Plus tamen metus quàm edicti valuit auctoritas: nam plures quàm quinquaginta non minimi cenſûs viri cùm familiis deceſſerunt & ad loca tutiora ſe receperunt; qui dein, ut infrà dicetur, publico Edicto pluries citati ſeu revocati fuerunt: prævidebant enim prudentiores brevì calamitoſam urbis obſidionem.

Conſenſus difficulter concedituı.

Nullus itaque ſine conſenſu è civitate diſcedere poterat; ſed conſenſus ille difficulter dabatur: cum enim 21. ejuſdem menſis publicaretur menſtrua contributio à ſingulis civibus ſolvenda, non pauci ultra vires ſe cenſeri querantes fruſtrà moderationem petunt; alii petebant poteſtatem mercatûs causâ proficiſcendi in Franciam, Angliam ac Ooſtlandiam, ſoluturi injunctam taxationem. Reſpondetur, ſolverent; tum Concilium decreturum, quid de abitu fieri debeat. Haræus *pag.* 366.

Citantur qui deceſſerant.

In regiſtro Merciariorum *fol.* 246. notatur, jaminde ante 23. hujus menſis tales abſentes citatos fuiſſe publico edicto, & inventarium cœpiſſe confici eorundem bonorum; ac Vicomagiſtros conſequenter petiviſſe, ut Magiſtratus in eo pergeret ad incutiendum cæteris timorem.

Indicitur publica comprecatio cum jejunio.

In eundem finem Senatus eodem die publico Edicto indicit publicam comprecationem ad diem 25. ſequentem; quem feſtivandum præcipit, vetans nè quis officinas aperiat ſub pœna ſex florenorum. Formulam illius indictionis, ex quâ patet in quanto timore verſaretur civitas, ſubjungo ex impreſſo Edicto.

GHEBODEN

GHEBODEN ende vuytgheroepen by Jaſparen van Conincxloo *Onder ſchouteth ,* Borgermeeſteren , Schepenen *ende* Raedt *der ſtadt van Antwerpen den* XXI. *dach in julio* 1584. — Anno 1584. Jul.

Edictum deſuper.

Alſoo de ghemeyne vyanden jegenwoordelijck alle ghewelt ende fortſe aenwenden , om d'landt van Brabant te benouwen ende te brenghen in een eeuwighe ſlavernye , ende t'ſelve te beroven ſoo wel van den privilegien , als van de waere chriſtelijcke Religie ende exercitie der ſelver , ghebruyckende daer toe alle quade liſtige aenſlaghen ende practicken hen mogelijck zynde ; d'welck Godt almachtich , om der ſonden wille oock dickwils is toelaetende : waer teghen een yeghelijck godvreeſende menſche gehouden is met ootmoet , vaſten ende bidden de gramſchap Godts te ſtillen ende te voorcomen ; ſoo t'ſelve tot allen tyden in alle welgheordonneerde Republycken , ende beſondere in de ghene die met kenniſſe Godts verlicht zyn , ghebruyckelijck is geweeſt.

Soo eeſt dat myne Heeren Borgemeeſteren , Schepenen *ende* Raedt *deſer ſtadt eenen ghemeynen* vaſten-dach *ende* bid-dach *gheordonneert hebben , den welcken ſy midts deſen vercondigen , om binnen deſer ſtadt ghehouden te worden op en-woenſdaghe , namentlijck den vyf-en-twintichſten dach deſer loopender maendt van julio naeſtcomende : ten eynde een yegelijck hem alſdan ſoo wel nae als voor noen neerſtelijck te kercke begeeve , om Godts Woort te hooren , te vaſten ende den Heer vierichlijck wt gront ſijns herten met een nedrich ghemoet te bidden , dat hem believen wille door ſijne groote onwtſprekelijcke ghenade ende bermherticheyt , om Chriſti wille wt ghenade ſijne gramſchap nederleggende ende van ons wendende , ons alle onſe ſonden te vergheven , ende voorts alle onſe ſaecken , handel'*

Anno 1584. Jul. *ende reſolutien voor-te-ſtaen, te dirigeren ende te beweghen tot ſijne glorie, opbouwinghe ende conſervatie van de waere chriſtelijcke religie ende exercitie der ſelver, ende oock van de Privilegien deſer landen ende van deſe ſtadt; ende eyntelijck de ſelve ſtadt ende t'gemeyn landt van alle aenſlaghen ende practycken der vyanden te bewaren ende te verloſſen.*

Ghebiedende daer omme, dat niemandt hem en vervoordere ten voorſ. daghe eenighe winckelen te openen, oft met cramen voor te ſtaen, om jet te venten oft te vercoopen in eenigher manieren, op de pene van ſes Carolus-guldens, te bekeeren d'een helſt tot behoeff van den Officier ende d'ander helft van den huys-armen deſer ſtadt. Signatum: *B. de Corput.*

Aug. Parmenſis occupat Teneramundam. Regii 4. aug. in minori Brabantia, haud procul Baſſerodâ, ſcaldim transmittentes caſtra ad *Teneramundam* ponunt, terrâ aquâque tam arctè obſident, ut nullus paulò poſt intrare aut exire poſſet: eamque, cum ipſe Parmenſis ad caſtra veniſſet, obtinuerunt 17. ejuſdem menſis. Vice verſâ Antverpienſes magnis operibus muniebant flandricam è regione civitatis ripam, ſingulisque diebus tres cohortes viciſſim in præſidium venientes cuſtodias agebant.

Ordamum. Decimo auguſti occupant ad ſcaldim regii *Ordamum*, congregataſque haud procul Ordinum copias invadentes, multis cæſis, captis ac in flumen actis, cæteros fugere coëgerunt.

Boerenſchans. Inde delati regii ad munitionem *Boerenſchanſam* dictam, ab Antverpianis deſertam, cum nonnulla tormentorum ac commeatûs parte occupant.

Willebroeck. Captâ 17. Teneramundâ regii 19. in *Willebroeck* profecti, ſubito adventu minorem capiunt munitionem; & cum vim pararent adverſùs majorem, etiam illa ſe tradit; quidquid deni-

deniquè munitiuncularum ad canalem Bruxellanum Vilvordiam uſquè erat. Anno 1584. Aug.

Hinc regii Vilvordiam profecti oppidum obſidere parant. Arx *Grimbergana* illi vicina ejuſque Baro, deſertis Ordinibus, regiis ſe jungit, ac rebus neceſſariis juvat. Haræus *ibid.* Grimbergam

Ordines fœderati videntes omnia in pejus ruere, ſeque ſine capite difficulter curſum Parmenſis impedituros, ut rebus ſuis providerent congregati erant Delfis in Hollandia: ubi tandem 18. aug. Status Brabantiæ, Flandriæ, Hollandriæ, Zelandiæ, Ultrajecti, Mechliniæ & Friſiæ decreverunt, quod non obſtante cæde Orangii provinciæ manſuræ ſint unitæ & ſibi obſtrictæ ſecundùm Unionem Ultrajectinam. Et Mauritium Naſſovium in locum Orangii aſſumpſerunt; qui proviſionaliter cum Concilio Status provincias gubernaret. P. Bor. *Lib. XIX. fol.* 5. *verſo.* Mauritius cum Concilio ſtatus gubernat.

Interim iterùm 23. auguſti publico edicto citantur & revocantur viginti & unus, qui contra edictum 17. julii ſe abſentaverant, quatenùs intrà octo dies compareant, ſe juſtificaturi adverſùs concluſionem Sculteti in vim præfati edicti. Nomina illorum ſubjungo. Cives revocati & citati.

Nomina illorum.

Michaël Heems.	*Jaſpar Coymans.*
Chriſoſtomus Scholiers.	*Andries Anthoniſſen.*
Françoys Fagel.	*Jan van den Steene.*
Symon de Deckere.	*Jan de Bittere.*
Godefroy Houtappel.	*Jan le Grand.*
Peeter Hernouts.	*Hans van Rode.*
David Scholier.	*Jan Heldewier.*
Jan van Rode Lynwatier.	*Jan van Hove.*
Peeter van den Berge Cruydenier.	*Aert van Eede.*
	Hans Schot.
Heyndrick van Onchen.	*Jan de Bloes.*

Anno 1584. Aug.

Non comparentes autem prædicti iterùm iterùmque publicè citati ſunt 30. aug. & 6. ſeptembris, ac tandem quartò cum aliis pluribus 26. ſeptembris.

Septemb.

Parmenſis obtinet Vilvordiam.

Vilvordia interim à regiis oppugnabatur; munitio ad fontem facta erat adempta; indeque oppidani ex editioribus locis ingentia accipiebant incommoda; idemque fiebat à parte Mechliniana: ita ut non multò pòſt præſidiariis de defenſione deſperantibus, Præfectus, ex omnium voluntate ad caſtra regia profectus 4. ſeptembris, oppidum honeſtis conditionibus traderet.

Item Gandavum.

Dudùm à regiis undique premebantur Gandenſes: qui cum viderent à nullo ſe auxilium ampliùs expectare poſſe, Antverpianis etiam & Bruxellenſibus jam ferè undique clauſis, per veteres ſuos Legatos cum Parmenſi, tunc Beveræ agente, 17. ſeptembris certis conditionibus tranſigunt, quæ præſentibus regiis Legatis publicatæ fuerunt 19. ejuſdem menſis. Et non multò pòſt Arx reſtitui cœpta. Sed nihil his frangi videri volebant Bruxellenſes & Antverpienſes. Haræus *pag.* 368.

Antverpiæ iterum plures abſentes revocantur.

Hinc Antverpienſis Senatus, quia ex citatis jam tribus vicibus necdum quiſquam comparuerat, quartò eos publico edicto citat, ut compareant intra octo dies, alioquin ſubituri pœnam in primo edicto latam. Intereà autem plures alii ſine conſenſu, qui negabatur, ſe abſentaverant; undè in Edicto hujus diei ultra antè citatos adhuc alii quadraginta tres publicantur & citantur ſub eadem pœna. Edictum iſtud ſubjungo ex impreſſo

Edictum deſuper.

GHEBODEN ende wtgheroepen by Jaſparen van Conincxloo *Onder-ſchouteth*, Borgemeeſteren, Schepenen *ende* Raedt *der ſtadt van Antwerpen op den* XXVI. *ſeptemb.* 1584.

Alſoo

Alſoo den XVII. *julii leſt-leden alhier by publicatie van ſ' Heeren ende deſer ſtadt weghen gheboden ende gheordonneert is, dat egheene mansperſoonen, borgeren oft inghesetenen der ſelver, hen en ſouden vervoorderen te abſenteende te vertrecken ſonder behoorlijck conſent, op de pene dat haer goeden terſtont aenveert ende gheappliceert ſouden worden tot alſulcken behoeve, alſmen ſoude bevinden te behooren.* Anno 1584. Septemb.

Ende dat men dien achtervolghende den XXIII. *en* XXX. *augusti ende den* VI. *ſeptember leſt-leden wt ende voorts geroepen heeft diverſche perſoonen, Borgeren ende Inghesetenen deſer ſtadt, de welcke dien niet teghenſtaende tot heuren verantwoorden niet en zyn ghecompareert; waer deur heure goeden vervallen ende applicabel gheworden zyn ten eynde als boven.*

Datter oock diverſche andere zyn, die men verſtaet voor ende naer de voornoemde publicatie vertrocken te zyn, welcker namen hier naer volghen; ende die als voor d'eerſte reyſe voorts-gheroepen worden, om in perſoon te compareren binnen acht daghen, te weten den III. *dach octobris naeſt-komende goets tyts voor noene, de wyle myne Heeren Borghemeeſteren ende Schepenen deſer ſtadt te rechte ſitten ſullen; ten eynde ſy hun comen verantwoorden teghens alſulcke aenſpraecke ende concluſie, als de Schouteth der ſelver ſtadt alſdan teghen hen wt crachte der voorſ. publicatie ſal willen nemen. Op de pene dat men, inghevalle van egheene comparitie, teghens de ſelve ſal procederen, ghelijck naer rechte ende onderhoudinghe der voorſ. publicatie behoort te gheſchieden....*

De naemen van de Perſoonen, die men in de voorgaende publicatien voorts-gheroepen heeft, zyn de naervolghende. Nomina hæc relata ſunt ſuprà ad 23. auguſti

Anno 1584. Septemb.

De Perſoonen, die men als nu voor de eerſte reyſe voorts-roept, zyn de naevolghende.

Nomina citatorum.

Cornelis Dyckſtraet.
Jan van der Goes.
Steven de la Faille.
M. Heyndrick de Vos.
Chriſtoffel Thys.
Niclaes de Groote.
Symon de Neuff.
Laureys Couſaert.
Geert van Ackeren.
Jan Cruypenninck.
Peeter de Marez.
Lucas van de Velt.
Steven de Poorter.
Alexander Gobout.
Hans Valck.
Jaques Schot.
Jaques Boudeſom Janſſone.
Heyndrick Moens de jonghe.
François Boedaen.
Thibout de Pickere.
Marcus van Woonſele.
Andries Rademaeker.
Philips van den Broeck.
Jan Spannenborch.
François Doncker.
Guilliam de Greve.
Jan Goutier.
Gheert Haignaert.
M Jan Fyen Medecyn (Joannes Fiënus multis annis Antverpiæ medicinæ Doctor, qui anno ſequenti paulò ante reductam Antverpiam obiit Dordraci 2. Aug. Fop. *Bibl. Belg. pag.* 638.)
Niclaes van den Broeck.
Baltaſas Hertſteen.
Heyndrick Voel.
Elias de Bie.
M. François de Schot.
Andries van Turnhout.
Hans Doncker.
Remeeus de Wevere.
Sebaſtiaen Verheyden.
Anthoni Rapalie.
Gabriël Janſen.
Hans Geeraerts.
Loys Jonas.

Signat. *M Zuerius.*

Octob.

Multi cives petunt pacē cum Rege.

Rigoroſus hic procedendi cum abſentibus modus terruit plurimos, notanter illos, qui quidem animo volvebant deceſſum, ſed bona ſua exponere confiſcationi timebant. Hinc aliud medium ad evadendam calamitoſam obſidionem adinveniunt, agendi nempè ad procurandam pacem cum Rege. Decimâ-quartâ octobris die Dominicâ ultrà viginti præcipui cives ac mercatores Cancellarium *Lieſveltium* adeunt rogantes, Brabantiæ Ordines doceret, maximum viro-

virorum proborum numerum ad pacem inclinare; orantque enixè, in eam rem velit eniti. Idem ſcripſiſſe Bruxellanos Antverpiam ſuadereque pacem fieri, niſi in extremas calamitates cadere malint. Quod ſi animi ad Pacem non inclinent, dent his qui petunt, ablatis fortunis, eundi quò velint facultatem. Ita *Haræus*. Verùm P. Bor. notat eos perorante *Gabriele Steydling* petiviſſe directè, ut induceret Superiores ad petendam pacem à Parmenſi.

Anno 1584. Octob.

Factum hoc, cum innotuiſſet, non modicum tumultum in hac civitate concitavit. Senatus, quòd plebs cum his ſentiens ad Pacem inclinaret, portas urbis claudit, civeſque omnes cum armis conſtitutas occupare ſtationes jubet. Philippus van Schoonhoven Markgravius vocat pacis petitores in Curiam; ubi ſeorſim examinati in Collegio ſub veſperum deducuntur ad carcerem dictum *het Steen*: qui non comparuerant per Scultetum Coninckloo quæſiti ſunt & ducti ad eundem carcerem. Inter captivos erant *Joannes de Pape*, *Joachim* & *Gabriel Steylinx*, *Robertus van Haeſten*, *Jacobus de la Faille*, *Dicquius* olim urbis ſcriba, *Petrus Malinæus* cum fratre, *Abraham de Hertoghe*, *Joannes van Steenwinckel*, *Abraham van Heilweghen*, *Adriaen van Dyck*, *Franciſcus Sweerts*, *Petrus* & *Michaël de Molyn*, *Anthonius Muët*, *Joris Dondart* &c. Haræus *pag.* 369. P. Bor. *Lib.* *XIX.* *fol.* 37.

Tumultus deſuper.

Capiuntur & carceri mancipantur.

Dicti autem cives ſic in carcere conſtituti Libellum conſcribi curârunt & obtulerunt Burgimagiſtro, Scabinis & Concilio civitatis; quo, cum expoſuiſſent factum, petebant liberari è carcere, promittentes ſe non diſceſſuros è civitate. Libellum iſtum refert P. Bor. *ibid.* Ad

Petunt liberari.

 hunc

Anno 1584. Octob.

hunc Libellum nullum reſponſum obtinuerunt. Marcgravius autem inſtabat, ut ſine diſſimulatione punirentur tamquàm ſeditioſi & perturbatores pacis publicæ, ut qui directè egerant in contemptum Edicti publicati 1. auguſti.

Condemnantur in mulctam pecuniariam.

Cùm autem aliquot diebus carcere detenti fuiſſent, condemnati ſunt in mulctam pecuniariam, ſinguli ſecundùm facultates, *Joannes de la Faille* in 6000. florenorum; in totidem uterque *Steytlinx*; *Robertus van Haeſten* in 4000.; fratres *Malinai* in 1200.; in tantumdem *de Heritoghe*; & ſic cæteri omnes, ſinguli ſecundùm ſuas facultates, veniamque rogarent. *Papenbroeckius*, qui honorificentiſſimo anteà fuerat loco, omnibus orbatur in perpetuum honoribus & muniis. *Ibid.*

Inhibetur nè quis loquatur de Pace.

Dein, nè quis ſimilia ultrà attentaret, confectum & publicatum eſt mandatum, quo inhibebatur, nè quis ſub pœna vitæ & bonorum ultrà loqueretur de pace. P. Bor. *ibid.*

Exigitur deſuper juramentum.

Senatus autem prævidens mandatum iſtud, licèt rigoroſiſſimum, non obſervandum, aliud medium adinvenit, quo cives efficaciùs adſtringeret ad obſervantiam. Novam fabricavit formulam juramenti, exigendi ab omnibus civibus; quo omnes jurarent non tantùm ſe non locuturos de reconciliatione aut pace; ſed etiam ſe delaturos eos, quos ſcient de ea locutos fuiſſe. Formulam iſtam Senatus prelo vulgavit: eamque ex exemplari illius editionis ſubjungo.

Formula illius juramenti.

COPYE van den Eedt *gearreſteert by den Magiſtraet deſer ſtadt op den* XXV. *october* 1584.

ICK SWEERE, dat ick de ghemeyne ſake ende beſchermeniſſe der ſelver teghens den Coninck

van

van Spaengien ende ſijnen aenhangeren, vyanden deſer landen, met ghemeyn advys, reſolutie ende beſluyt van de generale Staten aengenomen, altyt met alle middelen ende naer alle myn vermoghen met goet ende bloet ſal handthouden ende mainteneren, ſonder de ſelve in eenigher manieren te verlaeten; ende ſonder oock dat ick my eenichſins ſal innelaeten tot eenich accordt, reconciliatie oft peys met den voorſ. vyanden; in eenigher manieren daer af ſpreecken, handelen, communiceren, oft in eenigher wyſe my daer aff onderwinden in't heymelijck oft in't openbaer; maer het tracteren van dien met alle mynen vermoghen teghenſtaen; t'en waere ſulcx gheſchiede by ghewillinge ende beſluyt van de generale geunieerde Provincien. Ende ſoo verre ick yet vername, dat hier tegens ſoude moghen ſtrecken, dat ick daer af de kenniſſe ende wete terſtondt ſal doen aen Borgemeeſteren ende Schepenen als overhooft, mynen Colonel ende Capiteyn. Anno 1584. Octob.

Horrorem plurimis incuſſit exactio hujus juramenti. Unde plures non tantùm ad evitandam imminentem calamitoſam obſidionem, ſed etiam ad evitandam hujus juramenti exactionem, ſine conſenſu deceſſerunt, fortunas ſuas confiſcationi exponentes. Plures cives diſcedunt.

Ex illis autem brevì ſeptuaginta octo publicantur nominatim, & ſpeciali Edicto revocantur ad comparendum intra paucos dies ſub prædicta pœna. Nomina citatorum refert P. Bor *Lib. XIX. fol.* 37. ; ſed non indicat diem publicationis. Revocantur 78.

Haræus *pag.* 371. ſimilem publicationem & revocationem factam fuiſſe notat die 29. decembris hujus anni. An autem hæc fuerit illa, de qua hìc agit P. Bor., non liquet. Interim ſubjungo nomina citatorum, prout P. Bor. illa refert.

Zeger

Anno 1584. Octob.

Nomina illorum.

Zeger Boel.
Peter Verlejen,
Nicolaes Rypet.
Hans Verbieſt
Peter Verſtraten,
Adriaen van Hooghſtraeten.
Tobias van Hove.
Andries Ducan.
Jan van den Berge.
Eſaias Reyns.
Gaſpar du Vivier.
Niclaes le Bock.
Laurens van den Bogaert.
Hans Herman Niclaſz.
Robbert Leuwes.
Adriaen van Mierop.
Adam Vryſpenninck.
Hans Kyff.
Jan Ketteau,
Peter Luls.
Heinrick van der Borcht.
Peter Wachtmans.
Melchior de Noefville.
Francboys Schillemans.
Steven Slechtkens.
Adriaen Henyn.
Baltazar Bouters.
Hans van der Veecken.
Guillaem Formentrou.
Jan Joupin.
Jan Boulengier.
Henrick Goriſſen Graencoper.
Gielis Dorenboven.
Abraham de Marèe.
Jaques Bouten.
Quiryn Boel.
Denis le Meeſter de jonge.
Floris van Dalen.
Antoni van Dortmont.
Peter Poiſſyn.
Floris van Anwyn.
Gielis Mercy.
Melchior London.
Antonis Keers.
Hans Maengiart.
Dirck Kiff.
Glaude Opboven.
Hans Tkens.
Michaël Gielis.
Marten Drinckorn.
Peter Taelmans.
Guilliam Geleyns.
Jan Satyn
Niclaes Gruel.
Jaſpar van Uffel,
Willem Verheyden.
Francboys Ratel.
Gielis Buyſen.
Hans Broers.
David de Lomel.
Hans Kind cruydenier.
Emanuël van Baſrode.
Niclaes Paſſevin.
Francoys Lemmens.
Wauter Francken.
Niclaes de Klerck.
Francboys van Hove.
Rembout Jacobſz.
Jan de la Hors.
Jan van den Broeck.
Wouter Corneliſz.
Francboys de Bebault,
Gielis Hantkert.
Peter van den Moere.
Jan Benoit.
Rolbrecht van Ekeren,
Francbois van Romen; ende Meeſter Jacobus Hornmarker.

Hi

Hi indubiè omnes deſiderabant reconciliationem cum Rege : undè præſumendum pleroſque, ſi non omnes, fuiſſe Romano-catholicos. Anno 1584. Octob.

Hoc menſe Senatus Antverpienſis recenſeri mandavit omnes civitatis incolas ; ut ſciretur quæ neceſſaria forent tempore obſidionis ; repertaque ſunt nonaginta millia. Sufficientia grana, aliaque neceſſaria advehebantur hactenùs navi per Scaldim. Septimâ octobris adhuc 150. naves ex Zelandia appulerant, onuſtæ omnis generis annonâ : ſed cum Senatus hoc tempore conſtituiſſet ad certum pretium tum triticum, tum ſiliginem, mercatores videntes ſe indè fruſtratos ſpe lucri proportionati periculo, ceſſârunt procurare annonam ; & hinc, inquit P. Bor. *fol.* 36., dein penuria in civitate.

In civitate 90000. Incolarum.

Occaſio penuriæ tempore obſidionis.

Parmenſis, qui undique tum in Flandria, tum in Brabantia proſequebatur cœptam obſidionem, & jam in Caloo omnia parari curabat ad conſtructionem pontis, quo ſcaldim occluderet, ut omne Hollandorum cum Antverpianis tolleret commercium : cum audiſſet tumultum Antverpiæ excitatum occaſione eorum qui expetebant pacem ; hâc occaſione ex *Stabroeck*, ubi cum majori parte exercitûs morabatur, ſcribit 13. novembris epiſtolam ad Magiſtratum Antverpienſem ; quâ, indicans ſibi conſtare ultra medietatem civium deſiderare pacem, eos invitat ad reconciliationem, promittens honeſtiſſimas conditiones. Parmenſis non tantùm epiſtolam illam miſit ad Magiſtratum ; ſed & copias ejuſdem miſit ad latum Concilium & ad 5. Gildarum Decanos : ſexta autem Gilda non recepit, ut notatur in regiſtro Merciariorum *fol.* 305. Novemb.

Parmenſis invitat Senatū ad reconciliationem.

Epiſtola

Anno 1584. Novemb.

Epiſtola hæc prælecta fuit & agitata in Collegio & in Concilio lato coram civitatis membris ad hoc congregatis 22. menſis ; & communi concilio Parmenſi reſponſum eſt per epiſtolam datam 23. ejuſdem menſis. Utraque iſta epiſtola refertur in regiſtro Merciariorum, & apud P. Bor. *L. XIX. fol.* 37.

Reſpondent Antverpienſes ſe non poſſe eam acceptare.

Antverpienſes in reſponſo ſuo agentes de cauſa belli, eam rejiciunt in tyrannidem Hiſpanorum; quòd nempè innumeri adjudicati eſſent morti, unicè quia congregati fuerant cauſâ religionis reformatæ. Notandum hìc, quod non dicant morti adjudicatos propter Religionem, quod etiam falſiſſimum erat; ſed propter frequentationem conventiculorum cauſâ religionis, quod verum erat: nam conventicula iſta ſub pœna capitis inhibita erant publicis edictis; idque quia inde ſeditiones in circumvicinis Regnis & etiam in hac regione pullulaverant: & ſic morti adjudicati ſunt tamquam ſeditioſi ac agentes contra edicta regia, & non cauſâ Religionis. Certè ſi in regionibus, in quibus heterodoxi dominantur, catholici ſub titulo *Verbi Dei* ſic procederent, ſicut heterodoxi in his regionibus hoc tempore proceſſerant, Moderatores non mitiori modo eos judicarent, quàm fecerat Hiſpaniarum Rex: & punirentur tamquam ſeditioſi, ſicut hìc tamquam tales puniti fuerunt reformati.

Ob duas rationes.

Dein duas proferunt rationes, ob quas oblatam pro reconciliatione communicationem acceptare non poſſent; unam ex parte Regis, alteram ex parte ſua. Ex parte Regis, quòd fundamentum reconciliationis deberet eſſe libertas religionis reformatæ, quam Rex tamquam ſubjectus Pontifici & Inquiſitioni concedere non poteſt. Ex parte ſua, quòd juramento uniti

ſint

ſint reliquis Provinciis ſeu Generalitati, ſic ut ſine illarum conſenſu communicationem pro reconciliatione inire non poſſint; in quem finem dicunt ſe miſſuros litteras ejus ad Ordines generales & ad Regem Galliæ.

Anno 1584. Novemb.

Epiſtola Parmenſis publicatur.

Fine novembris, inquit Haræus *fol.* 370., feſto D. Andreæ Antverpiæ, vociferante populo typis publicari debuerunt litteræ à Parmenſi 13. novembris ad generale urbis concilium ſcriptæ, quibus eis pacem offerebat: ſed quia ſimul junctum erat reſponſum, in Aldegondii officina cuſum, in quo pro rationibus adferebatur verbi calviniani divinitas, Pontificis romani Regiſque tyrannis & ſimilia; nihil inde facta eſt Parmenſis cauſa melior. Ita Haræus.

Decemb.

Parmenſis reſpondet ad Epiſtolam Antverpienſium.

Parmenſis autem ad Epiſtolam Antverpienſium reſpondet 10. decembris & refutat rationes ab eis allegatas. Et quidem ad tyrannica, quæ proferunt, reſpondet, ſe non velle diſputare de eis, quæ ante ſua tempora facta fuerant; ſed vult in mentem revocent, quæ ipſi contra Regem egerant: & concludit expedire, ut omnia præterita utrimque oblivioni dentur. Ad id quod dicunt, Religionem debere eſſe fundamentum reconciliationis, dicit ſe deſuper nolle diſputare; ſed conſiderandum illis relinquit, num propter religionem liceat bellum agere contra Regem legitimum ſuum principem, omnia devaſtare, terras inundare &c. Ad id quod dicunt, ſe non poſſe loqui de reconciliatione ſine conſenſu Generalitatis, dicit ſe numquam recuſâſſe eos audire aut cum eis deſuper communicare, ſeque nihil aliud deſiderare. Epiſtolam iſtam Parmenſis ſummatim refert P. Bor. *loco ſuprà citato fol.* 39.: verùm licèt hæc referat, & non obſtante aſſertione *Ayſingeri* & *Meterani*, dubitat, num Parmenſis

Anno 1584. Decemb.

menſis verè ad Epiſtolam Antverpienſium reſponderit. Non eſt autem dubitandum, quin reſponderit; nam ſecunda hæc ejus epiſtola, data in Caloo gallicè ſcripta, refertur integra in *regiſtro Merciariorum* conſcripto per contemporaneum *fol.* 314., & de ea fit mentio in *regiſtro Panni-parorum*. In priori autem notatur, epiſtolam illam allatam fuiſſe 11. decembris, quando in Concilio-lato congregata erant membra civitatis; ſtatimque deſuper deliberatum fuiſſe & communi conſenſu decretum, eam non aperiendam, ſed clauſam mittendam ad Ordines, ulterius dirigendam ad Regem Galliæ; quod cum reſciſſet Parmenſis, exemplum illius epiſtolæ miſiſſe ad cives 7. janu. incluſum aliis litteris, quæ referuntur in Collectione Gevartiana & quas latinè refert Papeb. *Annal. Mss.*

Holland. fruſtrà tentant ſolvere obſidionem Antverpienſem.

Hoc tempore Hollandi & Zelandi copias ſuas congregabant juxta Bergas ad Zomam, & claſſem inſtruebant ad ſolvendam obſidionem civitatis Antverpienſis. Refert hæc P. Bor. *fol.* 52.: ſed nihil dicit de effectu. Effectus autem illius præparationis fuit apparenter iſte, quem refert Haræus *pag.* 371. dicens: vigeſimo quinto decembris Hollandi & Zelandi claſſe centum & ſeptuaginta navium rurſum commeatum Antverpiam inferre volebant; ſed naves aliæ captæ, aliæ tormentis quaſſatæ aut ſubmerſæ ſunt, paucæ evaſêre.

Revocantur iterum abſentes.

Vigeſimo-nono decembris Antverpiæ iterum publicatur, ut qui ſine Magiſtratûs conſenſu urbem deſeruiſſet, ad certum reverteretur diem, confiſcationis conſtitutâ pœnâ: itemque nè quis cum Regiis ſcripto aut miſſis internuntiis ullâ ratione communicaret. Haræus *ibid.*

Baltaſar Ayala J. C.

Obiit hoc anno 1. ſeptemb. Aloſti in Flandria ætatis 36. annorum BALTASAR AYALA

Ant-

Antverpienſis Jacobi filius. Adoleſcens Lovanii Juri civili operam dedit atque eos in ſtudio progreſſus fecit, ut ſupremus in Regio apud Belgas exercitu Judex eſſe meruerit; majori æquitate an prudentiâ meritò dubites. Utramque Regi ſuo probavit, qui eundem in magno Concilio Mechlinienſi ſenatorem conſtituit. Scripſit: *De jure, Officiis bellicis ac Militari diſciplina* libros III. Duaci typis Joan. Bogardi 1582. & Antverpiæ 1597. 8. Fop. *Bibl. Belg. pag.* 121 Anno 1584. Decembr.

Erasmus Joannis, ſeu *Van Jeah*, famoſus Unitarius fuit Rector ſcholæ ſeu Collegii per ſectarios erecti Antverpiæ; undè diſcedere coactus in Poloniam ob novitatem opinionum ſuarum. Ita *Dict. Hiſt.* Verbo *Eraſme*, citans *M. Simon.* Apparenter autem Antverpiâ fugatus fuit hoc anno 1584. : nam P. Bor. *Lib. XIX. fol.* 49. refert illum eo anno edidiſſe libellum ſub titulo: *Clara demonſtratio, Antichriſtum immediatè poſt mortem Apoſtolorum cœpiſſe regnare in eccleſia Chriſti.* In quo rejicit omnia concilia & ſcripta Patrum celebrata & conſcripta poſt tempora Apoſtolorum. Verùm D. Paquot *Memoires litt. tom. VII. pag.* 328. non ferens hanc meam conjecturam, aſſerit eum fugatum fuiſſe Antverpiâ non poſt annum 1576. Verùm ante annum 1578. heterodoxi non habuerunt in hac civitaté publicas ſcholas, nec Orangius illic, ut aſſerit, dominabatur: poſt annum enim 1566. exulavit hinc per annos decem, donec anno 1578. huc revocatus ſit ab Ordinibus. Cæterùm ſuprà ad an. 1580. *pag.* 29. vidimus Eraſmum anno 1583. verè fuiſſe Rectorem Collegii publici in hac civitate, cujus regulas & regimen tunc publicavit typis plantinianis. Interim cum ex prædicto libello & aliis ejus ſcriptis pateret quò vergeret, quodque vellet turbare Eraſmus Joannis Unitarius fugatur.

eccleſiam

Anno 1584. Decemb. eccleſiam ; utique calvinianam ; omnia in dubium revocare & diſcipulos aggregare ; conſultum viſum fuit , omnia exemplaria dicti libelli & ipſum Authorem quærere ; qui proſecutus de civitate in civitatem è Belgio fugit in Germaniam : ubi dein multam diſputationem habuit cum Fauſto Socino ſuper opinione ſua , quâ ſuſtinebat filium Dei eſſe creaturam.

1585. Janu. Suprà vidimus proventus bonorum Eccleſiaſticorum , in hac civitate confiſcatorum , inſufficientes ad intertentionem miniſtrorum & eccleſiarum. Ad directionem autem iſtorum bonorum erecta erat Camera , in quâ quatuor commiſſarii cum receptore ; quæ forma directionis ſumptuoſa nimis videbatur. Cum itaque commiſſarii , qui jam quatuor annis munus iſtud obiverant , peterent abſolvi ab iſto onere ; & ſimiliter Petrus van Breuſegem receptor abſolvi peteret ; judicatum fuit aliam directionis iſtorum bonorum formam minùs ſumptuoſam introducere ; ita nempè ut in Camera iſta tantùm foret Receptor unus cum tribus aſſiſtentibus : ut patet ex hoc Decreto deſuper confecto 10. janu. 1585. relato in regiſtro Cameræ Merciariorum.

Mutatur forma directionis bonorum Eccl.

ALSOO myne Heeren Borgemeeſteren , Schepenen , Treſoriers , Rentmeeſtere *ende* Raedt *deſer ſtadt van Antwerpen goet ende noodich bevonden hebbende op de camere , geordonneert tot het beneficieren van de geeſtelijcke goeden binnen der voorſ. ſtadt , voortaen alſulcken ordre te ſtellen , als men naer gelegentheyt der ſaecke ende verminderinge van de laſten ende oncoſten der ſelver camere ſoude bevinden alderbequaemſte te weſen : ende dat t'ſelve den Leden der voorſ. ſtadt in den Breeden-raedt voorgedragen zynde , t'ſamenderhandt ende met gemeyn advys*

Decretum Senatûs deſuper

goet

goet-gevonden ende gereſolveert is geweeſt te ſtellen eenen Rentmeeſter *der ſelver camere, die onder hem hebbe tot ſynder aſſiſtentie dry perſoonen; te wetene eenen die dienen ſal voor boeckhouder ende caſſier t'ſamen; den tweeden als clerck oft ſchryver; die by geſchrifte ſtelle alle beworpen van contracten van coope, huyren oft anderſints, mitsgaders alle advyſen, ende daer aff behoorlijcke notitie ende prothocol houde; ende den derden omme te dienen ſoo in't copieren ende ſchryven, als in alle andere ſaecken, daer in de voorſ. Rentmeeſter hem tot behoeve van de voorſ. camere ſal begeeren te gebruycken: reguIerende hem voorts de voorſ. Rentmeeſter achtervolgende d'inſtructie op ſijnen dienſt te maken.* Anno 1585. Janu.

Soo iſt dat naer behoorlycke denominatie op den perſoon des voorſ. Rentmeeſter, by de Leden der voorſ. ſtadt gedaen ten daeghe nabeſcreven, geſtelt ende gecommitteert is, zoo myne voorſ. Heeren ſtellen ende committeren mits deſen Michiël van Quicquelberch, *om te weſen* Rentmeeſter *der voorſ. Camere, ende te doen ende hem te reguleren, zoo achtervolgende t'gene voorſ. is, ende naer vuytwyſen der inſtructie op ſynen dienſt alreede gemaeckt oft noch te maecken. Aldus gedaen den* 10. *Januarii* 1585.

A morte Orangii fœderatæ Provinciæ variè diſceptabant, de imploranda ope potentioris Principis, eique offerendo ſupremum dominium; aliis in Angliæ Reginam, aliis in Franciæ Regem collimantibus: tandem omnes in Gallum inclinant, quandoquidem poſt hunc Regem, cui ſpes prolis non affulgebat, ad Regem Navarræ & familiam Borboniam, calvinianis addictam, corona devolveretur; tum etiam quòd Gallus multò majorem haberet commoditatem, belgium contra Hiſpanos, utpote in medio Fœderati fruſtrà iterùm Belgium offerunt Regi Galliæ.

Anno 1585. Janu. conſtitutus, perpetuò defendendi quàm Anglus. Itaque 3. januarii hujus anni 1585. delegati Provinciarum, plenâ poteſtate fulti, Brilâ ſolvunt, & Diepam navigantes exortâ tempeſtate Boloniam rejecti, indè terreſtri itinere ad Regem profecti ſunt: ſed Silvanecti manere juſſi, non ante 12. febr. ad audientiam Regis admiſſi ſunt.

Febr. Intereà Regis Hiſpaniarum ibi Legatus Regi HENRICO nomine ſui Regis exponebat, quantùm omnium Principum intereſſet, ſi ſui rebelles à Rege ſocio foverentur; rogare itaque & confidere, ut iſta pro ſua prudentia expenderet. Nihilominùs 12. febr. Legati, cum Senliſii Regem ſalutâſſent, ab ipſo patienter auditi ſunt; & 16. ejuſdem menſis tradiderunt conditiones, ſub quibus illi Belgium offerebant, quas refert P. Bor. *Lib. XIX. fol. 56.* Verùm ſub finem menſis martii Legati fœderatorum vacui in Belgium reverſi ſunt. *Haræus pag. 371. & 373.*

Proponitur & rejicitur novus modus ſervandi claves civitatis. Cum claves portarum civitatis ſervarentur à ſolis Gildarum viris; Senatus judicans eas hoc tempore ſic non tutò ſervari, proponit 21. febr. in Concilio-lato pericula prævenienda hoc tempore, quo hoſtis non procul à portis civitatis ſedèbat; cujus non tantùm vires timendæ eſſent, ſed maximè inſidiæ, quibus in hac civitate quoſcumque potuerit conatur corrumpere pecuniis; hinc, inquiunt, in omnia invigilandum, notanter in conſervationem clavium. Unde proponunt procurandam ciſtam cum tribus ſeris, in qua conſerventur dictæ claves, quarum ſerarum clavium unam haberent viri Gildarum, unam Burgimagiſter &c. Verùm membra civitatis propoſitionem iſtam rejecerunt, volentes priſtinùm ſervari modum; quod factum eſt, ut refertur in *Regiſtro Merciariorum.*

Pons

Pons obſtruendo Scaldi à Parmenſi dudùm ſtrui cœptus, perfectus ſtetit 25. febr. Pontem illum Strada latè deſcribit: Haræus autem ſic breviter: Erant, inquit, in utraque fluminis ripa munitiſſima ædificata propugnacula, in Brabantia Ordammenſe, in Flandria Calloënſe, à vicinis pagis ſic dicta: ex utraque munitione pons ſublicius in Scaldim ad quingentos ferè pedes procurrebat, cujus extremæ trabes ſeu mali pedum erant quinquaginta: quod fluminis reliquum erat mille adhuc pedum, altius erat quàm ut trabes infigi poſſent. Itaque in extremitate utriuſque ſublicii pontis aliæ munitiones erant multis etiam tormentis armatæ. Inter utramque hanc munitionem, in ipſa fluvii profunditate triginta duo majora navigia rectâ ſerie erant diſpoſita: quorum puppes puppibus & proræ proris catenis ferreis & maximis rudentibus erant connexæ: ſingulæ naves duâbus anchoris, unâ ex prora, alterâ ex puppi projectâ, fixè ſtabant: foti verò aſſeribus longè conſtrati, per pontes ſublicios in utramque munitionem primariam commodiſſimum tranſitum præbebant; habebantque ſingulæ naves duo majora tormenta & 30. milites.

Anno 1585. Febr.

pons à Parmenſi perficitur.

Tum præterea ad defenſionem navium iſtarum & totius pontis, nè ab hoſtili claſſe diſſolveretur, ab utraque parte, quà pons Antverpiam & quà mare reſpicit, aliud opus ex quingentis & ultrà malis & trabibus, quæ haberi poterant maximis, concatenatis compaginatiſque in duodecim navibus minoribus, anchoris firmatis, natabat, totum fere flumen ſimiliter in latum complectens, ſpatio inter hanc molem & pontem circiter 1000. pedum intermedio, nempè ut impetus advenientis hoſtilis claſſis, antequam ad pontem veniret, hic retardaretur. Ita *Haræus.*

Anno 1585. Febr.

Praſcindit Antverpienſibus annonã.

Occluſio hæc Scaldis, quam fœderati impoſſibilem crediderant, præſcidit Antverpianis ſpem obtinendi deinceps annonam ex Zelandia, quam hactenùs identidem aut intempeſtâ nocte, aut aliàs inde obtinuerant. Hinc etiam cœperunt moliri quæcumque ad deſtruendum dictum pontem.

Mart.

Parmenſis obtinet Bruxellas.

Intereà decimâ martii Bruxellenſes longâ fame preſſi, cum parùm ſpei in gallico auxilio aut alio eſſe intelligerent, cum Parmenſi tranſigunt conditionibus, quæ 13. ejuſdem menſis Bruxellis ſunt publicatæ. Dein 19. inde egreſſi ſunt fœderatorum milites & Regii ſunt ingreſſi.

Item Neomagum.

Similiter 15. ejuſdem menſis *Neomagum* in Regis venit poteſtatem, ſicut & *Doesburgum.*

Inquiritur quot grana ſint in civitate.

Antverpienſes, cum naves pararentur ad deſtruendum pontem, quo ipſis præcludebatur commeatus, perquiſierunt, quot grana eſſent in civitate; idque auctoritate publicâ fieri cœpit 27. hujus menſis martii; ut ſciretur, quanto tempore ſuſtinere poſſent obſidionem, & conſequenter pararentur neceſſaria ad eam ſolvendam. P. Bor *fol.* 37.

April.

Naves deſtinatæ ad deſtruendum pontem.

Cum naves incendiariæ, Antverpiæ ingenioſè confectæ ad deſtructionem pontis, jam paratæ eſſent, Hollandi & Zelandi præmoniti die 3. aprilis *Lieſkenshoeckium* à Regiis inſeſſum inſtructâ claſſe obruunt; alii è ſummitate malorum in conſtitutis munitiunculis omnem defenſionem præſidiariis adimunt; alii intereà vallum ſcandunt & munitione potiuntur, omnibus propugnatoribus pugnando cæſis. Indèque propiùs Calloum navigantes expectant incendiarias naves, quas Antverpienſes 4. ejuſdem aprilis ſecundo vento ſine gubernatoribus miſerunt; ſed ita gubernacula inſtruxerant, ut ſemper medii amnis tenerent curſum. Interim una incendiaria major ponti appropinquabat: quam Regii

videntes

videntes, quid una navis vellet expectant; viris enim plenam exiſtimabant. Ad Ordammi littus vi æſtûs incendiariâ navi delatâ incenditur nitratus pulvis: audiuntur omnium ſtupore tonitrua, viſuntur fulgura hominum arte fabricata, & inſtar grandinum volant molarum ſarcophagorum rudera, quibus multi è Regiis peribant, membris miſerè lacerati; inter quos Marchio de Rubais & Dominus Billius cum quindecim Nobilibus & quinquaginta circiter gregariis, quorum cadavera lacera poſteà partim reperta, partim flumine abſorpta ſunt. Evertit etiam incendiaria navis Regiæ munitionis naves duas & alias aliquot inſigniter laceravit: ſed operarum ac ſociorum navalium diligentiâ factum eſt, ut ruina ſtatim repararetur, Hollandique tentare non auderent munitionem; ſed retrò *Lieſkenshoeckium* reverterentur, alias expectaturi occaſiones.

Anno 1585. April.

Una incenſa multum nocet.

Septimâ aprilis itaque Antverpiani tres alias miſêre naves incendiarias: ſed Regii ſemel edocti, cum appropinquarent, apertâ munitionis navium clauſurâ, liberum eis dedêre tranſitum. Unde factum eſt, ut cum aliquantùm tranſiiſſent, incenſæ ac in varias partes disjectæ nemini nocuerint.

Dein miſſæ nullum nocumentum inferunt.

Initio maii Antverpienſes Arcem illam navalem, ſeu maximæ molis navim, quam *finem belli* appellabant, in conſpectum propugnaculi Ordammenſis, quod Regii tuebantur, miſerunt. Verùm cum eò proximè appulſa eſſet, aquæ penuriâ vado immota conſedit, multoſque dies eodem loco, nequidquàm Antverpienſibus illam reducere conantibus, perſtitit, donec à Regiis eſt capta.

Maji.

Navis dicta finis belli nihil efficit.

Omnia itaque Antverpienſium molimina nil magni effecerant. Interim Ordines omnia paraverant ad ſolvendam obſidionem. Statuerant

Victoria Parmenſis ad Cauwenſtein.

Anno 1585. Maj. jam aggerem Cauwenſteinium perforare, ut navigia ſaltem minora juxta Caloum per ſtagnantes agros (ponte & operibus Parmenſis deſpectis) Antverpiam remis impellere poſſent, & ſic commeatum in urbem inferre: quod ipſis factu difficile non fuiſſet, ſi aggere potiri potuiſſent. Itaque 7. maii Comes Holachius & Iſelſteinius cum triginta navibus, quæ lectiſſimam militum manum & multos foſſores vehebant, ad dictum aggerem appulſi ſunt. Sed expoſitis ad terram militibus & jam fodere incipientibus, Hiſpani ſupervenientes ampliùs ducentos trucidârunt, quadraginta comprehenderunt, & majoribus tormentis aliquot naves depreſſerunt. Holachius & Ielſteinius ſcaphis elapſi ſunt.

At hic non ſubſtitit conatus: etenim 26. ejuſdem maii, cum ſub veſperam diei præcedentis Antverpienſes iterùm aliquot naves incendiarias ad pontem diſſolvendum miſiſſent, nocte circa horam tertiam aliam claſſem in aggerem Cauwenſteinium mittunt. Item ab altera parte Hollandi ſub Lilloum in anchoris ſtabant. Mittunt primùm incenſas aliquot naves in operas Parmenſis; mox cum centum circiter navibus veterano milite plenis aggerem adoriuntur, tantumque agunt, ut Regii in plano atque aperto aggere ſe tueri ampliùs non poſſent; ſed multis è ſuis deſideratis ſtationes deſerere & ad tutiora loca ſe recipere cogerentur. Intereà hoſtes plùs quàm dimidium aggerem occupârunt, quem undecim in locis perforare cœperunt. Stationes ſuas per ſex horas defendebant & progreſſum faciebant; adeò ut jam Antverpienſes plenam hanc victoriam exiſtimantes, exoneratione majorum tormentorum, ac ſonitu omnium urbis campanarum lætitiam teſtarentur. Sed Parmenſis Caloo per pontem

accedens

accedens, obvioſque reducens & animans pugnam redintegravit. Et poſtquàm à tertia matutina uſque ad ſecundam pomeridianam pugnatum eſſet, Regii aggerem Cauwenſteinium receperunt, deſideratis ex ſuis circiter trecentis, ex hoſtibus cæſis plùs minùs duobus millibus. Poſtridiè Arcem illam navalem, quam *finem belli* appellabant, quamque Antverpienſes exonerare tentabant, pugnando ſuperârunt, & cum duabus triremibus in caſtra ſua adduxerunt. Hæc ſic & latiùs Haræus *pag.* 377. & *ſeqq.*

Anno 1585. Maj.

Conſternatio Antverpienſium deſuper.

Poſt hanc victoriam conciderunt animo Antverpienſes, notanter cum Parmenſis paucis pòſt diebus obtinuiſſet fortalitium dictum, *Boeren-ſchans*. Conſternatio augebatur, cum eodem tempore deputati ad annonam referrent ad Senatum, quod, niſi procurarentur grana, timenda eſſet brevì maxima confuſio. Hinc in Senatu incipiebat agitari, num ad evitandam ruinam civium expediret inire tractatum cum Regiis. Opponebat ſe Aldegondius Burgimagiſter, promittens auxilium ex parte fœderatorum &c.; ſed major pars Senatûs perſiſtebat in ſua opinione, monens Aldegondium juramenti, quo obligabatur ſequi majorem partem votorum. P. Bor. *Lib.* *XX.* *fol.* 36. *verſo.*

Volunt pacē

Circa idem tempus extraordinarias congregationes inſtituebant viri Gildarum, ut ſe jungerent iis, qui pacem deſiderabant. Congregationes illas Aldegondius ſolverat bis terve aut ſuaſionibus aut minis aut promiſſis: quo non obſtante viri Gildarum libellum Senatui obtulerunt, quo requirebant, ut indicarentur media, quibus civitati ſuccurreretur, aut tractatus iniretur cum Regiis. Aldegondius itaque, cum arctatum ſe videret, quærit dilationem; primò

Anno 1585. Maj.

proponens novam perquiſitionem granorum in civitate ; quam , cum ſatis accuratè facta fuiſſet in fine martii , difficillimè obtinuit. Dein cum & Senatus & Gildæ vellent tractari cum Parmenſi , ſcribit Aldegondius ad illum ultimâ maii epiſtolam (quam refert P. Bor. *ibid. pag.* 38.) per quam ei proponit , convenire ut tractetur non pro ſola Antverpia , quod ſe vî fœderis facere non poſſe aſſerebat ; ſed ſimul pro Hollandia , Zelandia &c. Ad hanc autem epiſtolam reſponſum non obtinuit Aldegondius , ut aſſerit *P. Bor.* Et interim primâ junii cœpta eſt perquiſitio granorum , & inventa ſunt ſufficientia ad ſuſtentandos incolas per menſem & aliquot dies.

Aldegondius ſcribit ad Parmenſem pro pace generali

Jun.

Aſſerit hic *P. Bor* Aldegondium reſponſum non obtinuiſſe ad epiſtolam à ſe ſcriptam : verùm contrarium videtur ex propoſitis à Senatu in Concilio-lato die 16. junii , in quibus aſſeritur tunc plures deſuper litteras ſcriptas fuiſſe & receptas : & in iſta congregatione Senatus proponit mittendum Aldegondium ad Parmenſem pro tractanda dicta reconciliatione. Patent hæc ex his , quæ ſubjungo ex *regiſtro Merciariorum*.

Reſpondit Parmenſis.

.... *Alſoo ſy* (de Heeren van het Magiſtraet) *eenige dagen geleden , eenige bequame oirſaecke becoemen hebbende , omme eenichſins te verſtaen de meyninge des Prince van Parma , belangende eenich accort d'welck men met hem ende den anderen Provincien ſoude mogen aengaen , beſundere ingevalle het voorſ. ſecours , d'welck in handen Godts is ſtaende , quame te faillieren , nyet raedtſaem geacht en hebben de ſelve occaſie te verlieſen ; maer goet gevonden naer veele deliberatien daer op gehouden , eenige brieven by mijne Heere van S. Aldegonde buyten Borgemeeſter deſer ſtadt geſcreven , zoo aen*

Senatus proponit Aldegondium mittendum ad Parmenſem.

aen den voorſ. Prince van Parma, als aen den Preſident Richardot, ende oyck ontfangen. Ende alſoo men daer vuyt verſtaet, dat de Prince van Parma voor aengenaem heeft, dat myne voorſ. Heere van S. Aldegonde hem in perſoone aldaer ſoude vinden, hebben de voorſ. Heeren t'ſelve den voorſ. Leden inſgelijcx wel willen doen verſtaen; ende hen oyck communiceren de brieven van paſpoort herwaerts overgeſonden, weſende de meyninge van myne voorſ. Heeren van de Magiſtraet deſaengaende egeen andere oepeninge van handelinge voor te nemen, dan die generael ſoude mogen ſijn, ende geſchieden met adjunctie van de andere geunieerde Provincien.... Anno 1585. Jun.

Die 18. junii opinionem ſuam deſuper retulerunt membra civitatis. Veteres Scabini ſimpliciter conſenſerunt. Vico-magiſtri dixerunt ſe non poſſe approbare iter Aldegondii ſine prævio conſenſu fœderatorum. Similiter reſponderunt Decani opificiorum, ut *ibid*. Opinio Membrorum Civitatis.

Ordines fœderati, cum Rex Galliæ recuſaſſet acceptare oblatas provincias Belgicas, & fruſtrati eſſent ſpe obtinendi ab eo auxilium; poſt multas deliberationes tandem 6. junii decreverunt offerre Provincias Reginæ Angliæ. Ordines autem deſuper conſenſum petiverunt à ſingulis provinciis & civitatibus. Propoſitum fuit hoc negotium Antverpiæ in Concilio lato die 22. junii; verùm omnia civitatis membra unanimiter propoſitionem iſtam rejecerunt, ut conſtat ex *regiſtro Merciariorum*. Hinc deputati Ordinum ad dictam Reginam tantùm cum ea egerunt ad obtinendum auxilium, quod demùm obtinuerunt poſt reductam Antverpiam. Ordines decernunt provincias offerre Reginæ Angliæ. Se opponunt Antverpienſes.

Interim Deputati illi propoſuerunt Reginæ, quomodo à Parmenſi premeretur Antverpia, & quomo- Regina ſcribit ad Antverpienſes.

Anno 1585. Jun. quomodò Antverpienſes jam cœpiſſent initio tractatum cum eo ; ſicque eam moverunt , ut ipſamet ſcripſerit ad Antverpienſes Epiſtolam die 10. julii (quam refert P. Bor. *Lib. XX. fol.* 42.) in qua diſſuadet reconciliationem ſeu tractatum cum Parmenſi ; & eos animans promittit promptum auxilium. Verùm Senatus non judicavit epiſtolam iſtam exhibendam membris civitatis , tum quòd neceſſitas quotidiè augeretur , tum quòd negotium reconciliationis tunc nimìs longè promotum eſſet.

Parmenſis occupat fortalitia in Borgerhout. Parmenſis interim magìs magìſque premebat Antverpiam. 29. junii juſto peditum equitumque ac trium majorum tormentorum præſidio propugnaculum in ſuburbio Antverpiano , dicto *Borgerhout* , occupat , hoſtemque fugientem ad portas urbis inſecutus eſt. Mox etiam arces *Sterkenhof* , *Cantecroy* , *Lanternam* & *Stollenhof* pauci , qui in eis erant , præſidiarii dediderunt , qui idcircò ab Antverpienſibus non admiſſi , deindè à Regiis uſque Bergas ad Zomam in tutum deducti ſunt. Tum Regii quidquid circa Antverpiam erat olerum ac viridium herbarum radicitùs per ſuos lixas & calones evelli curârunt.

Penuria in civitate. Eratque in urbe ſimiliter rerum omnium magna penuria , jamque duodecies mille menſuræ (virtellas vocant) tum hordei tum panici , quas coctoribus cereviſiæ Magiſtratus (*juxta decretum* 18. *junii* , *ut in regiſ. Merciariorum*) eripuerat & dudum aliis melioribus granis permiſceri permiſerat , penè defecerant ; civeſque quorum alii ſedecim , alii duodecim , alii ſex florenorum millia mutuò dederant , omneſque pro facultatibus præterea menſtruas contributiones dare coacti fuerant , nihil ampliùs ſe poſſe conferre dicebant. Primùm itaque Plebs Antverpienſis per fœminas ac pueros clamitans :

ſi pa-

ſi pacem gubernatores non cupiunt, nos eam volumus & ut habeamus curabimus. Quibus permoti Præfecti quotidiè conſultabant, ſed tardè decernebant. Acceſſit quod Hanſiaticarum urbium Legatio eodem tempore Antverpiam miſſa, aut pacem fieri aut mercatores Hanſiaticos cum ſuis opibus dimitti liberos petebat. Ita Haræus *pag.* 380. Anno 1585. Jun. Clamor civium.

Senatus itaque his motus judicavit non ultrà differendum, ſed ſtatim mittendos pro reconciliatione deputatos ad Parmenſem: quod ſuum judicium propoſuit membris civitatis in Concilio lato congregatis die 4. julii his verbis ſic relatis in *regiſtro Merciariorum.* Jul. Decernuntur mittendi deputati ad Parmenſem.

ALSOO myne Heeren .... raedtſaem ende noodich ſouden bevinden, dat achtervolgende t'gene eenige dagen geleden .... is begonſt geweeſt te handelen metten-preſident Richardot, *belangende de preparatien van het tractaet met den* Prince van Parme *aen-te-gaen .... t'ſelve voorder gecontinueert ſoude worden. Ende dat dyen volgende de voorſ. Heeren goet ende noodich ſouden bevinden eenige gedeputeerden, ſoo van van wegen de Magiſtraet, als van de andere Leden deſer ſtadt te nomineren ende deputeren, omme naer den voorſ. Prince van Parme te trecken met alſulcken laſt ende inſtructie, als men t'ſamenderhandt, ende met gemeyne advys ſoude bevinden goet ende raetſaem te weſen....*

Opiniones Membrorum Civitatis ſuper hac propoſitione deferendæ expectabantur ad diem 6. julii. Sed notari meretur, quod, antequam dicto die opiniones ſuas deferrent, ſcrupulus, qui movebat Vico-magiſtros, tolli debuerit; quod ſic in dicto regiſtro refertur. Scrupulus Vico-magiſtrorum deſuper.

DEN 6. julii voor het vergaderen van den Breeden-raedt ſyn in Collegio van den voorſ.

Heeren

Anno 1585. Jul. *Heeren gecompareert die Hooft-mannen ende Wyck-meeſteren, verſuckende, dat, alſoo op ten 25. october leſt-leden ſeekeren eedt alhier geconcipieert is geweeſt, om in conformiteyt van de voorgaende eeden ende verbinteniſſen by eenen yelijcken in ampt, dienſt ende eedt weſende gedaen te wordden (ſoo oyck geſchiet is) ende dat den eedt ſoude moghen contrarye weſen t'gene by hen ende den anderen Leden, belangende het tracteren metten Prince van Parma, voor opinie in den Breeden raedt ingebrocht ſoude moghen wordden; dat ſy daeromme verſochten van den ſelven eedt, ſoo veel dyen is aengaende, ontſlagen te worden.*

Solvitur. *Welcken volgende by de voorſ. Heeren in den Breeden-raedt gecoemen zynde, den Leden aldaer vergadert weſende, is gezeeght, dat alſoo den voorſ. Eedt was gedaen tot onderhoudinge van een yegelijcx ſchuldigen plicht ende debvoir binnen deſe ſtadt, ende dat onderlinge tuſſchen de Magiſtraet ende Leden oft burgereye der ſelver ſtadt, ende nyet in reſpecte van den anderen Provincien oft Leden; dat men overſulcx met conſent der ſelver daer aff ontſlagen conſte ende behoorde te wordden, ſoo de voorſ. Heeren de Leden ende eenen yegelijcken van hen daer aff oyck waren ontſlaende, ſoo veele de voorſ. handelinge ſoude mogen aengaen; welcken achtervolgende de Opinien van de Leden hier naer geſtelt, ſijn overgebracht geweeſt. Ende is oyck daer nae geconcipieert ende den voorſ. Leden voorgeleſen het geſchrift, hier onder geſtelt, aengaende de twee manieren, om metten voorſ. Prince van Parme te tracteren. Gedaen den 6. julii 1585.*

Mirum ſanè Vico-magiſtros in tam urgenti neceſſitate ſcrupuloſos fuiſſe circa infractionem

juramenti

juramenti, quod præſtiterant contra Regem; cum nullæ hiſtoriæ notent ſcrupulum motum fuiſſe circa juramentum, quo aſtringebantur Regi legitimo ſuo Principi, dum ab eo recedebant & rebellionem incipiebant.

Anno 1585. Jul.

Cum autem ſcrupulus ſublatus eſſet & Senatus declarâſſet eos abſolutos ab obligatione dicti juramenti; omnia civitatis membra unanimiter conſenſum præbuerunt; & quatuor Deputati nominati ſunt, qui cum inſtructionibus ſibi traditis 9. julii deceſſerunt ad Parmenſem. Inſtructiones autem, communi conſilio conſcriptæ pridiè, referuntur in *Regiſtro Merciariorum*: undè illas ſubjungo.

Conſentiunt Membra civitatis.

Deputati diſcedunt.

INSTRUCTIE voor Heeren Philips van Marnix *Heere van S. Aldegonde, Heer* Willem van Merode *Heer van Duffel, ende Heer* Jan van Schoonhoven *Riddere, ende Heer en Mr.* Andries Heſſels; *om van wegen Burgemeeſteren, Schepenen, Treſoriers, Rentmeeſtere ende Raedt der ſtadt van Antwerpen, mitsgaders de Leden der ſelver, te verthoonen aen de Prince van Parma t'gene hier naer volght.*

Inſtructiones illis datæ.

SULLEN de Gedeputeerde belaſt ſijn myne Heere den Prince van Parma *van wegen der ſtadt van Antwerpen haere goede affectie ende genegentheyt totter gemeyne vrede ende geruſtheyt des landts voor-te-dragen; mits verclarende dat den noot haer tot het vueren van deſen krych gedwongen heeft.*

Ut petant reconciliationē generalem.

Doch alzoo ſy niet en konnen haer aff-ſonderen van die andere geunieerde Provincien, ende naementlijck van Hollant ende Zeelant, ſonder haer vuyterſte verderff ende ruine, die ſy verhopen dat ſijne Hoocheyt liever ſaghe verhoet: Jerſt ten opſiene van de negotiatie ende trafficken, die daer door geheel zoude coemen te ceſſeren: mits

Anno 1585. Juli. *mits dat de navigatie geheelijck ſoude ophouden; het welcke tot ſeer groote ſchade nyet alleenelijck van de gereduceerde provincien, maer oyck van anderen Landen en Coninckrycken, als Spaengien, Portugael, Italien ende andere ſoude comen te gerycken.*

Ten anderen: ten reſpecte dat een ſoo groote menichte van volcke, als binnen der voorſ. ſtadt, nootſaeckelijcken van Hollandt ende Zeelandt geſpeyſt moet wordden.

Ende ten derden vuyt redenen, dat den meeſten Ryckdom met haere goederen vertrocken is naer Hollant ende Zeelant, ſoo dat de ſtadt ſchier een ydele ſchuer zoude weſen, ende van allen ryckdom ende middelen onbloot ende beroofſt.

Soo ſullen ſy haere Hoocheyt *bidden ende verſuecken, dat ſy haer gunnen wilt, dat men in een generael tractaet mach treden, ende den andere Provincien oyck tot eene generale reconciliatie brengen.*

Et libertatem Religionis. *Waer toe ſy haer verbinden ſullen alle mogelijcke officien ende debvoer te doen. Behalven dat ſijne* Hoocheyt *gelieve den Religions-vrede de voorſ. ſtadt ende den inwoonderen van dyen te gunnen, ende den ſelven oyck de andere geunieerde Provincien te verzeekeren: mitsgaders eene vergetinge van alle ſaecken duerende deſe voorgaende troublen geſchiet, ende ratificatie van alle t'gene ſoo by de Staeten s'landts ende Hertochdoms van Brabant op deſe ſyde weſende ende henne gedeputeerde, als by den Magiſtraten ende Leden der ſtadt, mitsgaders by den Colonellen ende andere geauthoriſeerde Collegien gedaen is.*

Libertatem à præſidio, caſtris &c. *Ende dat haere Hoocheyt haer verzeekeren ſal de ſelve ſtadt ende haere inwoonderen, mitsgaders den anderen Provincien te tracteren met*

eene

eene princelijcke ſachtmoedicheyt, ſonder bedwanck van Citadellen ende Caſteelen oft garniſoenen van ſoldaten; allegerende daer op alſulcke pertinente redenen ende argumenten, waerom t'ſelve wel behoort ſoo der voorſ. ſtadt ende inwoonderen der ſelver, als den anderen Provincien, gegunt te wordden, als ſy ſullen connen bybrengen. Anno 1585. Jul.

Ende hier-en-tuſſchen dat men alſulckx ſal tracteren, ſullen de voorſ. Magiſtraet ende Leden der ſelver ſtadt nyet te min ſonder voorder vuytſtel, naer gedaen rapport, haere gedeputeerde in meerderen getale vuyt allen de Leden aen zijne Hoocheyt ſeynden, om de ſelve beloofien metter daet t'effectueren; ende op alle andere overende poincten ende zwaericheden te tracteren ende te reſolveren, zonder voerder naer die van Hollandt, Zeelandt oft andere Provincien te wachten; by den welcken ſy evenwel alle goede ende behoorlijcke officien, tot t'gene geſeyt is, ſullen in alle getrouwicheyt ende neerſticheyt ſchuldich zyn te doen.

Aldus gedaen ende gearreſteert by den voorſ. Magiſtraet ende Leden den 8. julii 1585.

Cum his inſtructionibus deceſſerunt dicti quatuor Deputati 9. menſis: cumque eodem die in caſtra veniſſent, poſtridiè in concilio exponebat Aldegondius prolixo ſermone legationis cauſam. Quo finito Parmenſis ipſe oratione diſertâ Legatis ſuo ore reſpondit. Inde petente Aldegondio ut cum Parmenſi ſolus communicare poſſet, eo annuente, cum per horam ferè ſoli locuti eſſent (omnibus quid tractaſſent ignorantibus) ad ſuos Aldegondius reverſus eſt. Hoc conventu, quòd Antverpiani multa peterent, quæ ſalvâ Eccleſiæ catholicæ ac Regis auctoritate Deputati ſua agunt apud Parmenſem.

concedi

Anno 1585. Jul.

concedi non poterant, nihil eſt actum. Reverſus tamen Aldegondius magis ad pacem inclinabat. Ita Haræus *pag.* 380.

Revertuntur.

Quod Haræus hic dicit, hoc conventu nihil eſſe actum, intelligendum eſt de concluſione, idque verum eſt; nec etiam miſſi erant Deputati ad quid concludendum. Quod autem aliquid actum ſit, patet ex relatis in *Regiſtro merciariorum*, in quo referuntur propoſita in Concilio-lato congregato 14. julii. Illic Magiſtratus inter alia dicit, tractatum illo conventu inchoatum eſſe, & Deputatos attuliſſe reſponſum Parmenſis in ſcriptis.

Senatus judicat ulterius agendum cum Parmenſi

Magiſtratus itaque, auditâ relatione Deputatorum & lecto reſponſo Parmenſis, judicavit perficiendum inchoatum opus & mittendam ſolemniorem Legationem. Hanc ſuam opinionem propoſuit in Concilio-lato dicto die, requirens deſuper conſenſum membrorum civitatis, his verbis relatis in dicto Regiſtro.

Alzoo de voorſ. Heeren wel ende rypelijck aengemerckt ende overweeght hebben alle, het gene den ſtaet ende gelegentheyt deſer ſtadt, ende wes deſen aencleeft, is belangende, bevinden goet ende oirboirlijck te weſen het tractaet metten voorſ. Prince van Parme begonſt, te continueren ende voorder te achtervolgen; ende alſulcke conditien, als men met gemeyn advys ſal raemen ende beſluyten, van wegen deſe ſtadt ſijne Hoocheyt *voor-te-draegen; hebben t'ſelve den voorſ. Leden inſgelijcx wel willen verthoonen, hen verſueckende de ſaecken van hennen t'wegen inſgelijcx in goedt ende rype deliberatie te willen ſtellen, ende dyen volgende hen mette opinie te conformeren; ende ingevalle t'ſelve by hen goet-gevonden wordt, daer toe reſpectivelijck alſulcke perſoonen te annomineren ende deputeren, als ſy ſullen bevinden te te behooren. Gedaen den 14. julii 1585.*

Opi-

Opiniones membrorum civitatis ſuper hoc negotio exſpectabantur in pleno concilio ad diem 16. Julii; quando veteres Scabini opinionem ſuam attulerunt omninò conformem opinioni Magiſtratûs. Reliqua verò membra, Vicomagiſtri & Decani Opificiorum, dixerunt ſe non prolaturos ſuas opiniones, niſi in hoc negotio priùs vidiſſent opiniones Colonellorum & Capitaneorum. Res hæc acriter agitata fuit, & tandem obtinuerunt Membra. Undè, cum opiniones Colonellorum & 80. Capitaneorum, allatæ reſpectivè diebus 17. & 18., ipſis exhibitæ fuiſſent; die 19. omnes in eandem ſententiam iverunt & ſe conformârunt opinioni Magiſtratûs: ſicque negotium concluſum fuit, & nominati ſunt à ſingulis membris deputati; ac parari cœperunt inſtructiones ſeu procuratio illis danda. Anno 1585. Jul.

Conſentiunt omnia membra civitatis.

Legatio autem mittenda ſolemnis erat, conſtans 21. Deputatis, quorum nomina ſic referuntur in tractatu reconciliationis apud P. Bor *Lib. XX. fol.* 41. *verſo*: *Philippus Marnix à S. Aldegonde* Burgimagiſter, 2. *Willelmus van Merode* Duſſlæ Dominus, 3. *Joannes van Schoonhoven* Eques; 4. Mr. *Andreas Heſſels*; 5. Mr. *Mattheus de Lannoye* Scabini; 6. *Ludovicus Megant*, 7. *Cornelius Pruynen*, 8. *Philippus de Lantmeter* Exſcabini; 9. *Adrianus Bordoul* Hooftmannus civium, vulgò *van de Poiterye*; 10. *Joannes de Weert*, 11. *Ægidius Santyn* Vico-magiſtri; 12. *Henricus van Offele* vetus Vico-magiſter; 13. *Arnoldus Boudewyns* decanus Panni-parorum; 14. *Guilielmus van Schooten* Exdecanus Merciariorum; 15. *Joan. Goddyn* Excolonellus; 16. *Joan. Rademaker*; 17. *Ludovicus Mallepart* Colonelli; 18. *Hermannus van Dadenborch* Decanus junioris arcûs chalibei; 19. *Henricus van Erp* Decanus ſenioris arcûs

Seliguntur 21 Deputati in hoc negotio.

Anno 1585. Jul.

arcûs manualis ; 20. *Joan. Garyn* & 21. *Theodorus van Os* Capitanei.

Parmenſis obtinet Mechliniam &c.

Sed interim dum Deputati ſeliguntur & procuratio ipſis danda conſcribitur, progreſſum facit Parmenſis, Antverpiamque magis premit. Miſerat ſuos Mechliniam, qui ſumma cum celeritate *Walhem*, *Neckerſpoel*, *Blockhuys*, *Tonxken* aliaque vicina urbi propugnacula, partim vî, partim deditione occupârunt. Sed & navis quædem Mechlinienſis, quæ Antverpiam tendebat, à Regiis eſt intercepta, captuſque eſt in ea Prætor Mechlinienſis *de Freine*, ac ſimiliter captæ ſunt naves ab Antverpienſibus Mechliniam cum commeatu miſſæ (*mirum commeatum Mechliniam miſiſſe Antverpienſes, qui ipſi in ſumma penuria erant*) ſimulque in eis ſeptem vel octo tormenta majora. Denique 19. julii Mechlinienſes rerum penuriâ preſſi, nullumque auxilium videntes, cum Regiis tranſigunt ; approbatiſque à Parmenſi conditionibus, Regis præſidium accipiunt. Ita Haræus *pag.* 381.

Incendiariæ naves immiſſæ in Pontem

Sequenti nocte Hollandi atque Zelandi tria majora navigia, clàm maximis ſumptibus apparata, pulvere tormentario plena, inſtar eorum quæ jam bis ab Antverpienſibus in operas regias miſſa fuerant, æſtu maris ventoque ſecundo in pontem miſerunt : quorum primum ardens trabalis illius operis, quod ante pontem in anchoris natabat, partem cumbuſſit atque ſolvit : ſed ad Pontem veniens, ſubducto una aut altero navigio, tranſiit ; paulò autem poſt, pulvere qui in alveo erat accenſo, crepuit nullo Regiis illato damno. Secundum, antequam ad pontem venit, deſiliit. Tertium quoque eodem quo primum modo æſtu maris per pontem, de induſtria ſolutum, à Regiis ire permiſſum, magno ſtrepitu atque reboatu,

vî

vi pulveris accenſi dejectum eſt, nec quemquem læſit. Haræus *ibid.* Anno 1585. Jul.

Antverpienſes itaque territi deditione Mechliniæ, & fruſtrati ſpe ſubſidii poſt vana tentamina Hollandorum & Zelandorum, judicârunt ultrà non differendum. Undè Magiſtratus 22. menſis propoſuit in Concilio-lato procurationem à ſe conceptam, dandam Deputatis, petens approbationem Membrorum. In ea autem procuratione ponebatur, quod deputati tractatum cum Parmenſi *plenè concludere poſſent, niſi moveretur difficultas aut mutatio circa aliqua notabilia puncta.* Membra autem civitatis dictam Procurationem approbârunt: Vico-magiſtri tamen volebant ſublatam vocem *plenè*; & hi, ſicut & Decani opificiorum, voluerunt quandam determinationem *notabilium punctorum*, adeòque addi: *qualia ſunt Religio, præſidium militare, conſtructio caſtrorum & liber diſceſſus.* Conſtat ex *Regiſtro Marciariorum.* Hinc patet, Deputatos hactenùs non fuiſſe munitos plenâ poteſtate, & Antverpienſes adhuc ſperâſſe libertatem religionis. Nec Procurationem hanc, nec articulos in illa contentos hactenùs vidi. Unum videtur inſinuare Strada *Lib. VII. pag.* 434. nempè: *ut ea in urbem religioſa familia revocarentur, quæ Carolo V. Imperatore domicilium Antverpiæ habuiſſent*, quo excluſi fuiſſent Patres Societatis Jeſu, qui poſt illud tempus advenerant.

Antverpienſes Procurationem conſcribunt & tradunt Deputatis.

Deputati itaque muniti dictâ Procuratione diſcedunt ad caſtra 24. menſis; & cum mandata ſua verbis primùm Parmenſi expoſuiſſent, dictos articulos pacis in urbe conceptos & in tabulas relatos eidem obtulerunt. Sed remiſſi ſunt à Principe ad Præſides & Conſiliarios *Pamelium*, *Aſſonvillium*, *Richardotum* & *Burchium*, qui diù multùmque diſceptârunt: plurimæ ſiquidem difficultates hinc inde exoriebantur

Deputati diſcedunt & peragunt ſua.

Anno 1585. Jul. bantur. Quibus Conſiliariorum prudentiâ partim ſublatis, partim mitigatis, certa pacis formula Legatis data eſt: miſſique in urbem ſunt Legatorum nonnulli, qui eam Magiſtratui offerrent. Ita *Haræus*.

Aug. Articuli allati à Parmenſi prælegúntur in Conciliolato. Dicti itaque Legati formulam iſtam articulorum reconciliationis præſcriptam ex parte Parmenſis tradiderunt Magiſtratui; qui in pleno Concilio membrorum civitatis eam prælegi curavit die 6. aug.: & poſt maturam deliberationem Magiſtratus ſententiam ſuam deſuper in ſcriptis retulit, prout refertur in *regiſtro Merciariorum*, undè hìc eam ſubjungo.

Sententia Magiſtratûs deſuper. *MYNE HEEREN* Borgemeeſteren, Schepenen, Treſoriers, Rentmeeſtere, *ende* Raedt *der ſtadt van Antwerpen gehoort hebbende het rapport van heure Gedeputeerde, die geſonden ſijn geweeſt, om te tracteren van* Reconciliatie *metter Hoocheyt van den* Prince van Parme, *hebben nae voorgaende rype deliberatie, daer op gehouden, gereſolveert dat men metten tractaet ſal voort-varen, ende den voorſ.* Gedeputeerde *volcomen laſt, authoriteyt ende commiſſie geven, om finalijck t'accorderen ende ſluyten, ſoo ſe tot minſte leſie ende beſwaerniſſe van de ſtadt, borgers ende inwoonderen der ſelver ſullen connen overcoemen, ende op de aengegeven articulen ſoo veele winnen, alſe eenichſins tot voordeel van de ſtadt ende ingeſetenen der ſelver ſelen connen winnen ofte verwerven. Actum 6. auguſti* 1585.

Tumultus civium petentium pacem. Magiſtratus hanc ſuam ſententiam in ſcriptis tradidit reliquis civitatis membris, rogans ut in eam conſenſum ſuum præberent: verùm inter illa ſuper allatis articulis diſceptatum eſt uſque ad 10. aug.: cum interim, inquit *Haræus*, cives diuturnæ obſidionis pertæſi, frequentes in forum concurrunt tumultuarique incipiunt

cipiunt, & elatis vocibus ſe pacem velle vociferantur. Quod videntes, qui in Curia erant, furorem populi verentès, paulò pòſt nuntiari curant, communibus ſententiis in pacem itum eſſe. Ita *Haraus*.

Anno 1585. Aug.

Omnia civitatis membra conſentiunt in Reconciliationem.

Id autem factum eſt die 10. auguſti in Concilio lato ad hoc congregato; in quo omnià civitatis membra, tum Veteres Scabini (gratias agentes Deo, quòd tum favorabiles conditiones præſcriptæ eſſent) tum Vico-magiſtri & Decani opiniones ſuas exhibuerunt omninò conformes ſententiæ Magiſtratûs; nec ullum membrum ultrà ullam conditionem adjecit; tantùm quoſdam articulos notârunt, quorum mitigationem Deputati à Parmenſi ſupplicitèr peterent. Hæc in *regiſ. Merciariorum* latè referuntur. Sicque negotium reconciliationis hoc die terminatum fuit ex parte civitatis.

Lætitia deſuper civium.

Populus hoc nuntio accepto, inquit *Haraus*, lætus confeſtim Alenſonii Ducis inſignia, ubicumque inventa ſunt, disjecit & Regis Hiſpaniarum ſubſtituit; tormenta armamentaque navium in urbem comportant omniaque faciunt, quæ ad pacis præludia ſpectabant.

Deputati cum plena poteſtate diſcedunt.

Redierunt itaque ad caſtra Deputati, muniti plenâ poteſtate concludendi tractatum & civitatem tradendi in poteſtatem Regis. Agitatum autem adhuc fuit in caſtris negotium per aliquot dies; & ſupplicando aliquorum articulorum mitigationem obtinuerunt. Nihil autem obtinuerunt circa Religionem; niſi, quod, cùm religionariis ſtatutus eſſet terminus trium annorum, quo cum familia & bonis liberè diſcedere poſſent, obtinuerint terminum quatuor annorum.

Concluditur Reconciliatio.

Tandem autem convenerunt; & articuli reductionis civitatis ac reconciliationis cum Rege conſcripti ſunt XXVII, quos Beveræ die 17.

Anno 1585. Aug.

aug. ſubſignârunt Alexander Parmenſis & 20. Deputati Antverpienſes. Referuntur autem *Edic. Brab. Tom. I. Lib. V. pag.* 614. & apud P. Bor. *Lib. XX. fol.* 43. *verſo & ſeqq.*, ac prout ratificati fuerunt à Rege die 1. decembris referuntur gallicè in *regiſtro Merciariorum*. Sunt autem ſummatim hi.

Articuli reconciliationis.

1. Rex benignè ſuſcipiens Antverpienſes concedit, ut fœdera & contractus cum principibus & regionibus in negotio mercaturæ initos obſervent & renovent.

2. Rex omnium antè actorum veniam largitur.

3. Nullus qui in præcedenti regimine ſervivit in Conciliis &c. indè patietur.

4. Relegati ex aliis civitatibus poſſunt manere, ſi ſe contineant.

5. Cives ſive præſentes ſive abſentes, qui redierint intra tres menſes, redibunt in poſſeſſionem ſuorum bonorum.

Religionarii poterunt manere 4. annis

6. *Ende alſoo den wille van de Coninck niet en is deſe ſoo vermaerde Stadt, weſende geſondeert op de traffique ende coopmans-handel, te ontblooten van volck oft rigoureuſelÿck te verjagen de gene, die daer binnen zyn : Alle de voorſ. burgeren ende ingeſetenen ſullen aldaer mogen blyven houden hunne reſidentie den termyn van vier geheele jaeren, ſonder aldaer onderſocht oft gheinquieteert te worden in ſtuck van hunne conſcientie, oft gedwongen te worden tot nieuwen eedt om t'ſeyt van de Religie; mits aldaer levende in ſtillicheyt ende ſonder diſorder ende ſchandael; om hun daer-en-tuſſchen te beraeden ende reſolveren, oft ſy ſullen willen leven in de exercitie van de oude catholÿcke, apoſtolÿcke, roomſche Religie; om ingevalle niet, hen aldan binnen den ſelven tyt te mogen vryelÿck uytten Lande vertrecken, als 't*

hun

hun goetduncken ſal. In welcken gevalle hen toegelaten ſal worden de vrye gebruykeniſſe van alle hunne goederen, om daer van te diſponeren, de ſelve te tranſporteren, vercoopen oft alieneren, gelijck ſy bevinden ſullen te behoorne; oft de ſelve te doen regieren, ontſangen ende adminiſtreren by alſulcken, als ſy daer toe ſullen willen ſtellen ende deputeren. Ende comende van levende lyve ter doot buyten oft binnen den Lande ſonder teſtament te maecken, ſullen de voorſ. goederen volgen de naeſte erfgenaemen in directe oft collaterale linien. Anno 1585. Aug.

Eccleſiaſtici redibunt in poſſeſſionem omnium ſuorum bonorũ.

7. Dat reciprokelijck den Coninck wederom ſal treden in ſijne domynen, goederen, rechten ende actien; ſoo oock comen ſullen in hare goederen, actien ende credyten, alle Prelaten, Collegien, Capittelen, Clooſters, Gods ende Gaſt-huyſen, gheeſtelijcke plaetſen ende generalijck alle perſoonen geeſtelijck ende weerelijck, publicque ende privaet, gevolgt hebbende de partye van ſijne Majeſteyt, oft vertrocken geweeſt zynde in andere neutrale landen; om de ſelve goeden over al, daer ſy die mogen vinden, te aenveerden, vendiceren ende volcomelijck ende vredelijck gebruycken, gelijck als van te voren; hoe wel de ſelve vercocht ofte vervreemt ſoude mogen weſen: uytgenomen t'gene datter geappliceert is tot fortificatie van de ſteden, ſtraten, mercten ende andere publicque gebruycken: waer op commiſſariſſen ſullen geordonneert worden, om de eygenaers van de weerde van den gronde te recompenſeren, oft anderſins daer inne te ordonneren, ſoo't bevonden ſal worden te behooren.

8. Quantum ad domus & ædificia conſtructa in fundo eccleſiaſticorum, differtur id uſque poſt reductam civitatem; quandò deſuper commiſſarii ſtatuentur.

 9. De-

Anno 1585. Aug.

9. Decernitur circa exactionem ſolutionis redituum bonorum mobilium aut immobilium &c.

10. De Receptoribus ac Officiariis non inquietandis.

11. De litibus, ſententiis, gratiis &c. ratihabendis.

12. Teſtamenta in odium Religionis invalidantur.

13. Quod ſi fiat tractatus cum Hollandis & Zelandis, procurabit Princeps, nè fiat in præjudicium Antverpienſium mercatorum &c.

14. De officina monetaria.

15. Pro commoditate mercaturæ dejicientur pontes & alia impedimenta.

16. Telonia antè impoſita adhuc ſolventur.

17. Privilegia exactè ſervabuntur.

18. Cives poterunt liberè ire & redire cum bonis & familiis ad regiones neutrales.

19. Idem conceditur nautis, niſi princeps eos velit in ſuo ſervitio.

20. Qui ob negotia volent diſcedere ad provincias fœderatas, debent intra ſex menſes redire; & tunc fruentur eodem privilegio.

21. Debitoribus conceditur annus dilationis, quo non poſſint urgeri juridicè.

Templa confracta & dejecta reſtauranda.

22. *Ende ſoo't gans redelijck is, dat de gebroken en afgeworpen Kercken van de voorſ. ſtadt wederomme opgemaeckt worden, op dat deſe eeuwige ſchande niet en blyve voor de oogen van alle de werelt; de Magiſtraet, Raedt ende Leden der ſelver ſtadt ſullen onderlinge handelen, om te beramen eenen goeden ende bequamen voet, die men hier in ſal mogen houden ten minſte queſte van de voorſ. ſtadt.*

24. De-

23. Decedentes navi pro navibus aſſignabunt cautionem. Anno 1585. Aug.

24. Relaxandi utrimque captivi.

25. Omnis apparatus bellicus tradendus in manus Principis. Recipiendum præſidium 2000. peditum & duorum ſignorum equitum; donec reducantur Zelandi & Hollandi; quo caſu non gravabuntur præſidio aut arce.

26. Princeps nolens exigere à civitate omnes belli expenſas, contentus erit ſummâ quadringentorum millium florenorum.

27. Aldegondius non ſerviet in Bello intrà annum.

Articuli hi, ut dixi, ſignati ſunt Beveræ tum à Parmenſi, tum à deputatis Antverpienſibus, & ratificati per Regem 1. decembris ejuſdem anni.

Prædicutii faciunt ultimas prædicationes

Pro publicandis in civitate his articulis ſtatutus fuit dies 20. auguſti; quo die prædicutii ultimas prædicationes fecerunt, ut aſſerit P. Bor *fol.* 52. *verſo.*; qui addit magnum mœrorem in civitate fuiſſe, nempè inter religionarios, quorum, inquit, plurimi parabant diſceſſum. Verùm feſtinandum non erat, cum quatuor anni eis conceſſi eſſent. Et interim notat, multos manſiſſe & non obſtante exhortatione prædicutiorum rediiſſe ad catholicam fidem. Si autem mœror fuerit inter religionarios, tantò majus fuit gaudium inter catholicos videntes ſe liberatos à diuturna oppreſſione. Et ſtatim patuit non tantam fuiſſe infectionem inter cives, quantam præferunt hæterodoxi hiſtorici; & infectos ut plurimùm fuiſſe peregrinos, qui impunè catholicos opprimebant. Refertur quidem, poſt quatuor annos conceſſos religionariis, tantùm in civitate repertos fuiſſe quinquaginta-quinque millia incolarum, cum tempore obſidionis numerarentur nonaginta millia; ſed id non tam

adſcri-

Anno 1585. Aug.

adſcribendum eſt religioni, quam mercaturæ dilabenti ob impeditam per bella communicationem cum Hollandis & Zelandis.

Articuli Reconciliationis publicantur Antv.

Signatis articulis, Parmenſis retinens apud ſe deputatos, ut aſſerit *Strada*, præmiſit in civitatem ad illos publicandos Præſides *Richardotum* & *van der Burgium* cum regio Feciali; quibus addidit *Petrum à Caſtro*, *Didacum Eſcovatium* & *Propetrium Baroccium*, qui extrà intràque luſtrarent urbem, venturoque Principi ſecuritatem aſſererent. Die itaque 20 auguſti dicti Præſides cum regio Feciali comparuerunt in theatro ante curiam ſumptuoſè erecto, ibidem in ingenti civium concurſu lecti ac publicati ſunt præmiſſi articuli reconciliationis: quo facto venit Fecialis promiſſâ veſte, in qua inſignia Regis Hiſpaniarum elaborata erant, indutus, unaque ſecum tibicines; & poſt inſigne epicinium, protenſâ in altum manu, ter *Vivat Rex Hiſpaniarum* exclamavit, quod totidem vicibus omnis multitudo, quæ aderat, elatis vocibus eſt inſecuta.

Laudes veſpertinæ reluntur.

Intereà quidam catholici cum quibuſdam eccleſiaſticis, qui recens advenerant, templum occupant & præmiſſo cantico *Te Deum Laudamus*, ordinarias veſpertinas Laudes, Deo gratias agentes, ipſo die canunt. *Hareus.*

Renovatur Magiſtratus.

Eodem die notatur renovatus Magiſtratus, (quod Strada differt poſt ſolemnem ingreſſum Parmenſis) & conſtituti Burgimagiſtri *Eduardus van der Dilft* & *Adrianus van Heylwegem*. Hi ſicut & Scabini omnes, conſtituti ſunt ſine prævia ordinaria nominatione, ſalvis tamen pro impoſterùm privilegiis. Qui in nupero regimine fuerant ab officiis depoſiti, in illa etiam ſunt reſtituti. Burgimagiſtri illi tribus annis munus illud obiverunt; & intra illud tempus omnia in priſtinum ſtatum ſunt reſtituta.

Annus

Annus & menſis hujus reductionis notatur hoc numerali diſticho. Anno 1585. Aug.

VIRGO LEGIT SPICAS, ANTVERPA VBI
CoLLA POTENTIS
PRINCIPIS HISPANI SVBIICIT IMPERIO.

Alii legunt (ANTWERPIA CoLLA)

Poſt hæc catholici occupârunt omnes Eccleſias, eaſque priſtinis uſibus aptare cœperunt, tollentes inde ſi qui adhuc ſupereſſent parietes eas ſeparantes & alia quæque impedimenta, erigenteſque altaria eaque ſolitò ornantes; donec *Joannes Hauchinus* vocatus à Parmenſi veniret, qui Eccleſias reconciliavit altariaque conſecravit.

Catholici occupant Eccleſias.

Intereà etiam in adventum Parmenſis cives quæſitiſſima quæque parare cœperunt; & omnia ex diuturno mœrore metuque in hilaritatem ac ludorum curas ſunt converſa.

Tandem 27. dicti menſis auguſti Parmenſis præmiſſis in urbem 2400. peditibus Germanis & Walonibus, quadringentis verò equitibus, urbem ſummo cum triumpho ingreſſus eſt per portam Cæſaream ſeu S. Georgii, viis tectiſque intra extraque urbem infinitâ hominum multitudine refertis. Circa ipſum vehebantur primores quique, Dux Areſcothus, Caëtanus Sermonetæ Dux, Princeps Chimacius, Comes Egmontius, Marchiones Rentiacus & Varambonius, Comites Arenbergius, Manſveldius, Altapennius aliique potiſſimùm Belgæ. Cum hoc comitatu accedens ad portam Georgianam ſalutatur à Virgine Antverpiam repræſentante, traditâ ei aureâ clave. Alexander accepto comiter dono atque ad aurei velleris monile ante pectus addito proceſſit; habuitque totâ urbe complura, quæ miraretur, publicæ gratulationis argumenta; atque

Parmenſis ingreſſus triumphalis.

ad

Anno 1585. Aug. ad principem Eccleſiam properavit, ibique inter canticum *Te Deum* preces ſuas & gratiarum actiones miſcuit. Indè in ædes ſemirutæ Arcis contendit; atque advocato Archiepiſcopo Mechlinienſi, qui ſacra reſtitueret, ipſe rebus Antverpiæ componendis intendit. Hæc *Strada* latiùs.

H. à Wittem *Henricus à Wittem* Poëta luſit carmine gratulatorio; *De Pace Antverpiæ facta inter Principem Parmenſem & cives Antverpienſes.* Typis Plantini in 4. Foppens *Bibl. Belg. fol.* 465.

J. Bochius *Joannes Bochius* dedit: *Panegyricum Alexandro Parmæ Principi receptâ Antverpiâ.* typis Plant. 8., quæ Panegyris Alexandro ita placuit, ut *Bochium* S. P. Q. Antv. juſſerit eſſe à ſecretis. Ibid. *pag.* 583.

Refloreſcit Religio catholica. Sic igitur civitas, cum per octo annos ſediſſet ſub jugo rebellium, reducta fuit ad obedientiam legitimi ſui Principis; ſic Religionis catholicæ exercitium, cum per annos octo fuiſſet oppreſſum ac per aliquot ſuppreſſum, revixit; & ipſa Religio catholica, quæ in perſecutione creſcit, refloruit, cum per annos 66. agitata fuiſſet per diverſi generis hæreticos.

Per annos 66 variis hæreſibus agitata. Ab anno enim 1519. exagitata fuerat per Lutheranos, notanter Auguſtinianos, qui ſeditiosè extra eccleſias prædicabant: illi autem, cum ſeditioſi puniti eſſent, paucis annis fugati aut repreſſi fuerunt; & qui manſerunt, Edictis dein paruerunt. Succeſſerant illis anno 1525. Anabaptiſtæ, qui diù multùmque Antverpiam agitârunt, non obſtante quod ſimul ac detecti eſſent, morte plecterentur. Intereà anno 1545. apparuit nefanda hæreſis Davidiſtarum, quæ paucis annis extincta fuit. Tandem anno 1561. advenerunt Calviniſtæ profugi ſeu ſubornati ex Gallia, qui totum Belgium turbârunt, ſedi-

tionibus

tionibus impleverunt & tandem apertam rebellionem concitârunt. Hi maximè infenſi catholicis proprio nutu armati prædicârunt publicè, ac anno 1566. eccleſias invaſerunt, imagines & alia ornamenta confregerunt ac diripuerunt; ſicque ſeditionibus ſibi & Lutheranis publicum religionis exercitium obtinuerunt: brevì tamen repreſſi ſunt aut fugati, idque per annos undecim: poſt quos gubernante Orangio redierunt, vires reſumpſerunt, eccleſias primò partim, dein integras obtinuerunt; catholicos oppreſſerunt, & tandem exercitium Religionis avitæ ſuſtulerunt: donec Parmenſis eos jam omni exercitio ſuæ religionis fruſtraret & omni auctoritate privaret. Anno 1585. Aug.

Tunc, inquam, Religio catholica tot annis agitata, refloruit plùs quam antè; templa collapſa citò reſtaurata ac decentiùs ſunt ornata: & quidquid in civitate offendiculo eſſe poſſet, brevì eſt ſublatum; Brabo, qui locum B. Mariæ occupabat in frontiſpicio Curiæ, relegatus extra civitatem expoſitus eſt ad ſcaldim ſupra portam *de Werf-poort*; ſublata eſt obſcœna Priapi effigies expoſita in porta Burgi, relictis ſolùm corporis idolici notis; ſic & alia ſimilia, fervente pietate, ſublata fuerunt, aliaque pietatem ſpirantia ſunt ſubſtituta. Succeſſu autem temporis Eccleſia Antverpienſis ſic expurgata fuit, ut nulla ſecula eam viderint ab erroribus liberam, pietate florentem ac moribus excultam, ſicut eam hodiè videmus: quod poſt Deum adſcribendum eſt tum curæ doctiſſimorum Epiſcoporum, tum tutelæ vigilantiſſimi Senatûs. Reſtitutum exercitium ejus.

Anno præcedenti, cum Parmenſis continuò progreſſum faceret, civitateſque reduceret ex quibus pulſi fuerant eccleſiaſtici, ad quas forrè ob malignitatem temporis ægrè redibant Religioſi: Septemb. Pontifex mandat Religioſis, ut redeant.

Anno 1585. Septemb.

Religioſi : ſupplicaverat Hiſpaniarum Rex Pontifici, quatenùs illis regreſſum mandaret. Itaque GREGORIUS PP. XIII. Regis precibus motus, Breve dederat, quo mandabat, ut cujuſcumque inſtituti Religioſi, ubicumque ex Belgio exulantes, redirent in Patriam; ut pro gratiâ à Domino datâ in multa iſta meſſe laborarent. Ita relatum vidi in quodam Libello per Religioſos mendicantes oblato Capitulo Antv. anno 1587., qui infrà ſuo loco dabitur.

Religioſi Antverpiam redeunt

Hoc mandato indubiè moti Religioſi, qui hic Conventus habuerant, ſenſim redierunt. At non omnes mox admiſſi ſunt in poſſeſſionem ſuorum monaſteriorum: pleraqne enim per partes divendita erant & ad alios uſus appropriata; per aliqua ductæ erant plateæ publicæ & privatæ, conſtructis in eis novis ædificiis: emptores autem regreſſui illorum ſe fortiter opponebant; & in tractatu Reconciliationis dictum erat, quod ad dijudicandas iſtas diſſenſiones poſt reductionem civitatis conſtituendi eſſent Commiſſarii. Commiſſarii autem illi ſat citò conſtituti ſunt; at illi non omnia ſtatim decidere poterant.

Et monaſteria ſenſim reſtituuntur.

Unam ſententiam deſuper per dictos commiſſarios latam ſubjungo (ex quâ judicare licebit, quomodo reliqua monaſteria ſint reſtituta) latam nempè circa reſtitutionem monaſterii Clariſſarum & datam demùm ult. Januarii anni ſequentis. Qui eam communicavit, aſſerebat ſcriptam ex originali.

Sententia quoad reſtitutionem monaſterii Clariſſarum.

COMME par devant Nous ſubzſignez Commiſſaires, reſpectivement de la part de ſa Majeſtè & de la Ville d'Anvers ordonnèz, pour vacquer & entendre à la deciſion & vuydainge des differens meuz & à mouvoir, à cauſe des fondz ayanz eſtè applicquez aux fortifications,

tions, rues, marchetz & aultres uſages publicqz; enſamble au regard des Maiſons & Edifices battiz ſur les fondz & heritaigez vuidez des Eccleſiaſtiques en la ditte Ville, ſuyvant les ſeptieme & huitieme articles du Traitè de la Reconciliation de la ditte Ville avecq le Roy notre Sire : *ſont entre aultres comparuz les* Guardien & Vicaire *des Cordeliers de la ditte Ville, ayant au nom & de la part de la Dame* Mere & *aultres* Religieuſes de Ste Claire *requis & demandè, que la rue, paſſaiges & couvertures publiques & privèes, faictes & deſignèes tant parmy & au travers du Cloiſtre & Monaſtere des dittes Religieuſes, qu'aultres par ceulx ayanz gouvernè & adminiſtrè la ditte Ville auparavant la ditte reconciliation, ſoyent recloz, refermez & remis en tel eſtat, qu'ilz eſtoyent auparavant; & que ſelon ce les dittes Religieuſes puiſſent reprandre à ſoy les viels edifices de leur Couvent, comme dormitoire, refectoire, cuiſine, alèez & aultres eſtants encore en eſtre & preſentement occupez par Henry van Geeſtenryck, Jacques de Velaer, Jehan de Moulin, van der Beken, Suſanna Lopez Seirano, Seger Pillekens & Joos Daniels: comme auſſy, que les nouveaux batiments par la plus part d'eulz & par Loys Malepart faits & mis ſur le fond du dit Cloitre, ſoyent incorporez & appliquez au prouffict & uſaige des dittes Dame & Religieuſes, en recompenſez des domagez faicts & inſerez aux edifices & ſtructures du dict Cloitre & Monaſtere.*

Anno 1585. Septemb.

Et que d'aultre part les dits Henry van Geeſtenryck, Jehan de Moulin, Louys Malepart & conſors eſtans ſemblablement comparue, ayant ſouſtenu, que les dittes maiſons & fonds demeuraſſent à eux, & leur fuſſent reſpectivement adjugez comme ayants aulcunnes d'eulx

acſeptè

Anno 1585. Septemb. acſeptè des dits Adminiſtrateurs de la ditte Ville partye du dict ſond avecq les dits viels edifices & aulcunes partyes du dict fond, ſur les quels ils ont battiz & edifiè les dittes Maiſons nauvelles à leurs grands frais & depens, & qu'ils en puiſſent joyr & diſpoſer à leur prouffict; ainſy qu'ils avoient faict juſques à preſent.

Les dicts Commiſſaires, en vertu de leur dicte commiſſion, ayans prealablement prins veuë & inſpection des dits monaſtere & edifices, & communicquè ſur l'anneantiſſement de la dicte rue, paſſaige & ouvertures avec ceux du Magiſtrat de la ditte Ville, qui ont dict & declarè les meſmes nè ſervir ny duire à aulcun bien, prouffict ou utilitè publique: ont ordonnè & ordonnent par ceſtes, que affin d'eviter tout ulterieur domaigè & intereſt, que ces dittes Dame & Religieuſes du dit Couvent ont ſouffert, & ſouffrent encore par les dittes rue, paſſaige & ouvertures; & pour effectuellement obvier aux ſcandales, que par plus longue continuation yceux ſont apparens de debvoir ſucceder & advenir au grand prejudice de l'honneur de Dieu, ſerment du Roy & bien publicq de la ditte Ville.

1. Le dit Cloitre ſera recloz & refermè, comme il eſtoit auparavant, au pluſtot qu'il ſera poſſible.

2. Suivant quoy ſeront les dits achepteurs, ou inhabitans des dits viels edifices, tenuz de les abandonner & envuider & ſortir promtement, en les cedant aux dittes Dame & Religieuſes; ſans en pouvoir rompre, oſter ou emporter aulcune choſe que ce ſoit. Reſervèe neantmoins à ceux, qui ſe tiendront intereſſez à cauſe des reparations ou meliorations, qu'ils pretandent y avoir faict ou employè, là, ou & ainſy qu'ils le trouveront convenir.

3. Et

Proceſſio in feſto SS. Trinitatis dicitur Proceſſio Circumciſionis: quia inſtituta fuit ad colendum & circumferendum S. Chriſti Præputium, quod in eccleſia Antverpienſi ſervabatur ab initio ſeculi XII. Ejus mentionem vidimus ſuprà ad an. 1324. *tom. II. p.* 59. ſub titulo *Proceſſionis Sanctuarii*: Sanctuarium autem dicebatur *S. Præputium.*, ut ibidem probatum eſt. S. Præputium direptum & ſublatum fuit in generali Iconomachia anno 1566. Proceſſio tamen perſeverat & ducitur quotannis uſque in hodiernum in memoriam ſacri illius theſauri; & loco S. Præputii deferuntur Reliquiæ S. Crucis.

Pegmata in proceſſionibus nunc abolita.

Pegmata ſeu ſpectacula, quæ in hoc Ceremoniali dicuntur *Speelwagens*, tam in hac quàm in proceſſione Dominicâ infrà octavam Aſſumptionis B. M. ducta fuerunt uſque ad initium hujus ſeculi, quando in totum abrogata fuerunt. Proceſſiones hæ non erant *Devotionis*, ut vocantur illæ, in quibus circumfertur Ven. Sacramentum. In Pegmatibus illis repræſentabantur myſteria pia, ſed ſucceſſu temporis irrepſerant etiam repræſentationes profanæ. Uſus autem ducendi Pegmata in proceſſionibus non admodum antiquus erat. Vidimus enim ſuprà ad an. 1399. deſcriptum ordinem publicâ authoritate inſtitutum Proceſſionis Dom. infrà Octavam Aſſumptionis B. M.: in ea autem nulla fit mentio Pegmatum. Unde concludimus uſum iſtum demùm cœpiſſe ſeculo XV. aut hoc ſeculo XVI., quando veroſimiliter naſcens hæreſis introduxit ſpectacula propha-

na

na. Deinceps autem factus eſt uſus iſte ferè univerſalis in omnibus locis, etiam in Proceſſionibus quas vocant devotionis. Cum autem non tantùm pia ſed etiam profana repræſentarentur & etiam pia ſæpè indecenti modo; & inſuper compertum haberetur; pegmata iſta in pleriſque totam attentionem abripere & vix aut nullam manere ad principale, nempè ad Sanctorum reliquias aut ſtatuas, aut ad Ven. Sacramentum, ſenſim allaboratum eſt, ut ea excluderentur è Proceſſionibus. Et eò jam deducta res eſt, ut vix in ulla compareant. Ultimum illius veſtigium in hac civitate abrogavit illuſtriſſimus noſter HENRICUS GABRIEL anno 1761. nempè pegmata ſeu ſpectacula, quæ duci ſolebant in proceſſione FF. Minorum dominicâ Paſſionis, in quibus repræſentabantur myſteria quædam vitæ & paſſionis Jeſu Chriſti; cum Epiſcopus *Petrus Joſephus* ſuo tempore ab illis reſecaſſet quædam indecentia. Anno 1586. Aug.

Circà Proceſſiones S. Eligii &c.

Proceſſiones ſubalternarum Parochiarum, S. Eligii, S. Jacobi, S. Georgii & S. Andreæ, in quibus Patroni illarum Eccleſiarum ſolemniter circumferebantur, quotannis habitæ fuerunt uſque ad annum 1751., quo totaliter abrogatæ fuerunt.

Circà Proceſſionem Dom infra Octav. B. M.

Proceſſio Dominicâ infrà octavam aſſumptionis perantiqua eſt. Vidimus enim ſuprà ad an. 1399. *tom. II. p.* 139. ordinem illius tunc publicâ auctoritate inſtitutum, & quidem longè diverſum ab ordine in hoc Ceremoniali deſcriptum. Præcedebant Opificum collegia, ſequebantur Communitates feminei ſexûs tam Religioſæ quàm piæ, etiam Begginæ: dein procedebat Capitulum cum univerſo Clero B. Mariæ. Capitulum ſequebatur Abbatia S. Michaëlis, dein FF. Prædicatores; tum ſequebantur Gildæ, denique Magiſtratus, poſt quem ferebatur Sta-

tua

Anno 1586. Aug.

tua B. Mariæ, ſequente populo juſto ordine: Poſt Proceſſionem celebrabatur Miſſa. Via & ordo portantium Statuam etiam multùm differunt; ut ibidem videre licet. Nulla etiam fit mentio Pegmatum, ſignum quod uſus iſte necdum introductus eſſet. Qualis autem mutatio facta ſit in hac Proceſſione poſt conſcriptum hoc Ceremoniale, ſuprà videri poteſt ad an. 1400. *tom. II. pag.* 198.

Reliquio-theca.

Verùm fit hic mentio Reliquio-thecæ deferendæ in Proceſſione per Bogardos. Qualis illa fuerit, neſcitur. Vidimus ſuprà ad an. 1481. tunc confectam fuiſſe pretioſam Reliquio-thecam ad continendum ſacrum Chriſti Præputium, Capita SS. Coſmæ & Damiani aliaſque Reliquias: ſed hæc putatur periiſſe, dum anno 1578., ut ſuprà vidimus, argentea quæque extrahebantur ex Eccleſiis conſervanda in Curiis. An itaque hæc conſervata ſit, an jam inde nova poſt reductam civitatem confecta fuerit; an verò periodus hæc relicta ſit in Ceremoniali, fore ut brevi nova conficeretur, neſcitur. Saltem talem Reliquio-thecam extitiſſe in Cathedrali, extrà memoriam eſt.

Circà Proceſſionem feſto S. Michaëlis.

Proceſſio generalis, quæ ducitur feſto die S. Michaëlis inſtituta fuit, ut ſuprà vidimus, anno 1529. in gratiarum actionem pro ſubita liberatione civitatis à graſſante morbo ſudoriſero, obſervaturque cum eâdem ſolemnitate uſque in hodiernum diem. Verùm cum anno 1751. feſtum S. Michaëlis ceſſaret celebrari in populo, Proceſſio hæc ſtatuta eſt in Dominicam præcedentem feſtum iſtud; quando nempè dies S. Michaëlis non incidit in Dominicam. Cum autem in hoc Ceremoniali non nominetur dies S. Michaëlis, ſed dies penultima ſeptembris; ſuſpicari poſſumus feſtum S. Michaëlis

tunc

tur? necdum hìc celebratum fuiſſe in populo, licèt id mandatum fuiſſet anno 1570. in *Synodo Prov. Mechl.* titulo *de feſtis cap. I.*

Anno 1586. Septemb.

In feſto Paſchæ S. Chriſma poſt Veſperas deductum eſt ſolemniter ex Aula epiſcopali & tranſlatum in Eccleſiam Cathedralem, modo prout in Ceremoniali, uſque ad annum 1751., quo Senatus primùm inopinatè ad hanc piam ſolemnitatem non comparebat; nec huc-uſque comparuit deinceps; ità ut jam non deducatur niſi per Clerum Cathedralis. Quid cauſæ fuerit, cur Senatus ceſſaverit comparere, neſcitur.

Circà deductionem Chriſmatis in Paſchate.

Hoc tempore non tantùm domeſticus tum ſecularis tum regularis allaborabat ad reſtituendam devaſtatam vineam, ſeu ad informandos pios & reducendos perverſos; ſed & aliunde accurrebant viri zeloſi, ut partem haberent in tam pio opere. Inter alios hoc tempore Antverpiam venit vir magnus ex ordine FF. Minorum *Chriſtophorus Cheſſontaine* natus in Britannia, qui in Ordine, cum præcipua munia obiiſſet, etiam per octo annos fuerat Generalis; quando anno 1579. factus eſt Archiepiſcopus Cæſareënſis & Suffraganeus Senonenſis. Diœceſim illam cum per annos ſex in abſentia Epiſcopi, Cardinalis Romæ reſidentis, laudabiliter & cum fructu adminiſtrâſſet, venit in Belgium circà menſem ſeptembris hujus anni 1586., & in hanc civitatem, in qua concionibus ſuis multos hæreticos reduxit ad ſanam fidem & Catholicos in fide confirmavit. Ita Cont. Fleury *Hiſt. Eccl. tom.* XXXVI. *n.* LV. *ex Mſs.*, qui addit hunc ſucceſſum invidiam excitâſſe, eumque accuſatum apud Legatum Pontificis, Leodii agentem; quod eſſet novator & doctrinam prædicaret contrariam doctrinæ Eccleſiæ; & eum ideo initio anni 1587. deceſſiſſe Romam: ubi, cum defendiſſet cauſam ſuam, & tem-

Chriſtophorus Cheſſontaine Ep. prædicat Antv.

Anno 1586. Septemb. pore quinque Pontificum expectâſſet approbationem doctrinæ ſuæ, obiit 26. maii 1595.

Quid autem ſenſerit Roma de ejus doctrina; patet ex *Appendice Ind. Conc. Trid.* vulgato per CLEMENTEM PP. VIII. anno 1596., adeoque proximo poſt obitum ejus anno. In eo opera ejus ſub latinizato ejus nomine *Chriſtophori à capite fontium* proſcripta referuntur hoc modo: „*De* „*neceſſaria correctione Theologiæ Scholaſticæ. No-* „*va illuſtrationis chriſtianæ fidei adverſus impios,* „*libertinos, Atheos, Epicureos & omne genus* „*infideles Epitome. De Miſſa Chriſti ordine* „*& ritu.* Reliqua verò ipſius opera prohibentur, „donec corrigantur.“

Octob. Vigeſimâ primâ octobris hujus anni SIXTUS PP. V. Romæ Bullam edidit, quâ damnavit in contractibus Societatis pactiones de capitalis ſecuritate, certi lucri reſponſione &c. Majores autem noſtri judicantes hanc bullam non parum reſpicere Antverpienſes, qui maximè mercaturæ inſiſtebant, eam inſeruerunt Collectionibus Synodalium noſtrorum; ut ſic haberetur in manibus omnium Eccleſiaſticorum, qui conſcientias circà juſtitiam contractuum dirigere debent. In ultima collectione anni 1680. typis Plant. refertur *pag.* 394.

Damnatio pactionum in contractu Societatis.

Epiſcopatus Antverpienſis jam viginti quinque annis erectus erat, nempè ab anno 1561. 11. martii, quo limites & dos decreti erant: & interim non niſi ſex annis hactenùs habueramus Epiſcopum. Novem demùm annis poſt erectionem, agitantibus tum heterodoxis tum religioſis S. Bernardi, introductus eſt *Sonnius* primus Epiſcopus: poſt mortem autem hujus decem jam anni effluxerant & Epiſcopum non habebat Antverpia, licèt ultrà annum reducta eſſet ad obedientiam Regis. Quid autem obſta-

Rex nominat ad Epiſcopatum Lævinũ Torrentium.

culo

culo fuerit, quominùs Rex poſt mortem Sonnii, etiam tempore turbarum, nominaverit ad Epiſcopatum Antverpienſem, non liquet; nec apud quemquam ea de re mentionem invenio: cum tamen Rex tempore turbarum nominaverit ad Archiepiſcopatum Mechlinienſem *Joannem Hauchinum* anno 1583., qui conſecratus fuit Tornaci 30. octobris ejuſdem anni; ſimiliter ad Epiſcopatum Sylvæducenſem *Clementem Crabbeels*, qui conſecratus eſt Tornaci anno 1585. 6. januarii. Sic & ad Epiſcopatum Middelburgenſem nominaverat *Joannem à Streyen*; qui conſecratus fuit Namurci 15. aug. 1581. Et equidem non ſcimus Regem ad Epiſcopatum Antverpienſem, jam decem annis vacantem, nominâſſe; niſi circà hoc tempus, quo nominavit *Lævinum Torrentium*. Anno 1586. Octob.

Erat LÆVINUS TORRENTIUS, vulgò *van der Beken*; Gandenſis patricio ibidem genere natus anno 1520. J. U. L.; poſt obtentum Lovanii Licentiæ gradum, quò uberiorem ingenii fructum caperet; deceſſit in Italiam, ibidemque tum Bononiæ, tum Romæ ſubſtitit. Reverſus in Belgium factus eſt Canonicus Cathedralis Leodienſis, Archidiaconus Brabantiæ & Vicarius Generalis Leodienſis ac Abbas ſecularis Capituli Cinacenſis. Sancitæ paci inter Belgas & Joannem Auſtriacum Gubernatorem Belgii anno 1577. interfuit, nomine Principis Leodienſis mediatorem agens. Anno 1579. etiam interfuit Colloquio Colonienſi ad pacem inter Hiſpanos & fœderatos Belgas procurandam. Quis fuerit.

Tantis in Rempublicam meritis clarus nominatus eſt à Rege ſecundus Antverpienſium Epiſcopus, decem circiter annis poſt obitum *Sonnii*. Cumque Româ confirmationem obtinuiſſet, poſſeſſionem Epiſcopatûs adivit 15. decembris hujus Decemb. Poſſeſſionem adit.

Anno 1586. Decemb.

anni 1586. Cum autem in poſſeſſionem introductus eſſet, non tantùm Capitulum Antverpienſe, ſed etiam Religioſi Abbatiæ S. Bernardi, quæ unita erat Epiſcopatui, miſerunt ad eum deputatos ſuos, qui ei congratularentur eumque recognoſcerent Epiſcopum & Abbatem. Inter deputatos Abbatiæ tertius nominatur *Joannes van der Noot*, qui à fœderatis inſtitutus ſeptem annis Abbatis titulum geſſerat. Epiſcopus autem huic temporalia Abbatiæ curanda commiſit ſub titulo *Adminiſtratoris*. Ita refert auctor *Chor.* apud Sanderum.

Licèt *Torrentius* hâc 15. poſſeſſionem adiiſſet, conſecratus tamen demùm eſt 10. ſeptembris anni ſequentis. Mirum autem quod conſecratio pro Epiſcopatu tot annis vacante & per turbas ac heterodoxos depravato, per novem menſes dilata fuerit. Interim quid cauſæ fuerit dilationis, nôn invenio.

Mathæus We ſembeck juriſperitus.

MATHÆUS WESEMBEECK famoſus juriſperitus obiit hoc anno 2. junii. Natus erat Antverpiæ anno 1531. Petro Weſembeeck & Barbara Cilia parentibus Senatoriæ dignitatis, ſororum ſex & fratrum totidem natu ferè minimus. An inter fratres ejus fuerit *Jacobus Weſembeeck* famoſus Penſionarius noſter, de quo ſuprà ad an. 1566. (*tom. IV. pag.* 227. & ſeqq. ac *tom. V.* variis locis, vide ibidem *Indicem*) neſcitur. Anno 1550. Lovanii cum fratre Andrea cepit juris titulum. Galliam dein adiit bello flagrantem. In patriam redux mox in Germaniam, mutatâ ſimul religione, conceſſit, ac Jenam venit, ubi annos 13. juriſprudentiæ cathedram ſuſtinuit. Ad Academiam Wittenbergenſem indè evocatus, quod reliquum fuit vitæ ibidem tranſegit. Scripta ejus, quæ vulgata ſunt, indicat Fop. *Bibl. Belg. pag.* 869. In *App. Ind. Trid.* ponitur inter Auctores I. Claſſis.

Dux

Dux Parmenſis annum 1587. incepit proſperè. Milite & pecuniis auctus 17. januarii Wouwam Marchionis Bergenſis arcem optimè munitam, non procul à Berga ad Zomam ſitam, occupat: ſic 29. ejuſdem menſis obtinet Daventriam, eodemque die propugnaculum Zutphanienſe. Subitanei hi progreſſus conturbabant fæderatos, & inde diſcordia inter Ordines & Lyceſtrium. Parmenſis autem poſt inſignem hunc progreſſum per aliquot menſes ſuos continuit, tum ut videret, quo vergeret hæc diſcordia, tum quòd in provinciis Regi reconciliatis, maximè in Flandria & Brabantia ſumma eſſet annonæ & in primis rei frumentariæ penuria, de qua ſuprà *pag.* 206, & infrà *pag.* 232. Anno 1587. Janu. Parmenſis bellum agit proſperè.

Vidimus ſuprà anno præcedenti in hebdommada ſancta inſtitutam fuiſſe piam Flagellantium Proceſſionem; eam per Capucinos & Jeſuitas ductam ex eccleſia Jeſuitarum, eòque reductam cum ingenti populi concurſu. Dubitandum non eſt, quin Proceſſio iſta iterata fuerit hoc anno in hebdommada Sancta, ductaque ſit eodem quo præcedenti anno modo 27. martii, Paſchâ incidente in 29. ejuſdem menſis; & cum æquali aut majori concurſu ad Eccleſiam Jeſuitarum. Colligitur hoc ex libello ſupplici paulò poſt Paſcha oblato Capitulo per Ordines Mendicantes; in quo dicti Ordines querelas deferunt contrà Jeſuitas, & notanter quod indebitè convocent populum ad ſuum ſacellum, indicentes ac celebrantes Proceſſiones inſolitas. Mart. Proceſſio Flagellantium iterata.

Per hanc Proceſſionem augebatur concurſus ad eccleſiam Jeſuitarum: quantùm autem augebatur concurſus ad eorum eccleſiam, tantùm videbatur imminui ad eccleſias aliorum Ordinum. Hinc ægrè id ferebant Religioſi, notanter mendicantium Ordinum; qui occaſione April. Inde querelæ Mendicantium contrà Jeſuitas.

Anno 1587. April. inſolitæ hujus Proceſſionis ſtatuerunt deferre ad Capitulum querelas contrà Jeſuitas, & petere quatenùs ſibi dignetur deſuper providere. Convenerunt itaque Prior Prædicatorum, Guardianus Minoritarum & Prior Carmelitarum (quartus Ordo mendicantium ſcilicèt Auguſtinianorum necdum locum habebat in hac civitate) & ſimul conſcripſerunt querelas eaſque redegerunt ad formam libelli ſupplicis, cui ſinguli nomina ſua ſubſcripſerunt. In eo primò conqueruntur de inſtitutione inſolitarum Proceſſionnm & aliarum novitatum ad convocandum populum ad ſuam eccleſiam. Secundò quòd involent in ſtationes ſibi ab antiquo conceſſas; denique quod prædicent iiſdem horis, quibus ipſi prædicabant & divinis vacabant. Libellum iſtum ſic conſcriptum & ſubſignatum obtulerunt Capitulo paucis diebus poſt Paſcha. Latiùs hæc patebunt ex ipſo libello, quem ex originali ſubjungo.

„AD R. D. DECANUM & V. Dños
„ Canonicos.

Libellus ſupplex deſuper.

Ex Archivis Capituli.

„Reverende Domine Decane & Venerabiles
„ Dñi Canonici. Anno 84. S. D. felicis recor-
„ dationis GREGORIUS PP. XIII. ad petitionem
„ Regis Catholici Dñi noſtri clementiſſimi juſſit
„ cujuſque Inſtituti religioſos, ubicumque ex
„ Belgio exulantes, redire ad patriam; ut pro
„ gratia à Domino datâ in iſta benè multa
„ meſſe laborarent: id quod & faciunt & Deo
„ dante facient diligentiùs, quò fidelis populus
„ in Eccleſiæ gremio contineatur & qui aberra-
„ verint reducantur.

„Cæterùm, cum Patres Jeſuitæ ſatis temerè
„ & præſumptuoſè innovàrint & quotidiè aliis
„ novitatibus ſtudeant; totique in eo eſſe vi-
„ deantur, quo haberi putentur quaſi præfor-
„ matores nedum noſtri, verùm etiam Ven.
„ Capituli veſtri: ut patet ex præſumptuoſis

illis

„ illis convocationibus ad ſuum Sacellum (vel „ permiſſis vel laudatis à nonnullis , qui igno- „ rant aut non curant ordinem ſervandum in „ Supplicationibus indicendis & celebrandis ; „ quique non advertunt hujuſmodi mutationes „ externas inſolitas , licèt in ſpecie devotas , „ quas in regionibus aliis nè cogitare quidem „ auderent) Item quod paſſim involent in Sta- „ tiones (ut vocant) jam indè ab antiquo nobis „ veſtrâ benignitate aſſignatas.

Anno 1587. April.

„ Item iis horis , quibus nos operam damus „ Divinis ex more Eccleſiæ & concionibus , „ ipſi quoque prædicent , aliiſque ſuis inven- „ tionibus incumbant , quibus populus à ritu „ antiquo Eccleſiæ abduci poteſt , adeoque ve- „ nire in contemptum veteris laudatiſſimarum „ cæremoniarum uſûs.

„ Hinc eſt , quod humiliter petimus , ut „ veſtræ reverendæ Dominationes non graventur „ prædictos Patres monere , nè tranſgrediantur „ terminos à Patribus conſtitutos , ſeque conti- „ neant in ſua vocatione. Ita enim fiet , ut „ diſſentiones & ſcandala fortè ſuborta & „ certò certiùs inde oritura , niſi adhibeatur „ modus , vitentur ; & pax , concordia , „ charitas , quæ omnes unire debet præſertim „ Clerum , inviolata nobis ſervetur , cujus „ hâc exulceratiſſimâ tempeſtate vel maxima ra- „ tio haberi debet.

„ Dominus Jeſus R. veſtras Dom. diu nobis „ aſſervet incolumes. Fr. *Joannes Liranus* Prior „ Prædicatorum. Fr. *Henricus Sedulius* Guardia- „ nus." (de quo vide D. Paquot *Mem. Litt. XII. pag.* 375. *& ſeqq.*) „ Fr. *Arnoldus Maderius* „ Carmelitarum Prior."

Infrà in dicto libello adſcriptum legebatur : *Die* XVII. *Aprilis MDLXXXVI, lecta fuit hæc Requeſta , & juſſa eſt reſervari in Capitulo ad*

Anno 1587. April. *memoriam.* Hinc habemus tempus quo oblatus eſt : ſed an per illum Mendicantes quidquam obtinuerint contrà Jeſuitas, non habemus. Interim circà memoratam proceſſionem flagellantium poſt hunc annum nulla invenitur mentio.

Similes Proceſſiones alibi in Belgio. Similes Proceſſiones inſtitutæ fuerant in pluribus Belgii civitatibus, ſed diutiùs perſeverârunt, & in aliquibus notanter Trajecti ad moſam circiter uſque ad medium ſeculi ſequentis.

Julii. Fames ingens. Vidi Edictum prælo excuſum, datum 16. julii hujus anni, quo Senatus inhibebat, nè quis in hac civitate grana conſervaret, niſi quantùm neceſſè foret ad alendam familiam ſuam uſque ad 1. ſeptembris. Inhibitio hæc facta eſt propter caritatem rei frumentariæ; in ipſo enim Edicto manu adſcriptum erat: hoc tempore vertella ſiliginis valebat viginti duobus florenis. Verùm poſt hoc Edictum uſque ad meſſem adhuc auctum eſt pretium; ut patet ex iis, quæ Haræus *pag.* 401. ſcribit de hac penuria: Antverpiæ, inquit, vertella ſiliginis (genus menſuræ eſt librarum centum viginti) vendita fuit à viginti uſque ad viginti quatuor florenos, quæ anno ſequenti circiter uno floreno & medio tantùm valuit. Carnes quoque magni fuêre pretii: libra vervecina novem ſtuferorum, quæ aliàs trium; bubulæ quinque; porcinæ ſex; butyri octo ſtuferorum. Hæc Haræus. Duravit autem penuria uſque ad meſſem, quæ fuit ultrà modum abundans.

Aug. Progreſſus Parmenſis. Non obſtante autem hâc caritate annonæ Parmenſis, qui per tres menſes ceſſaverat, iterum cœpit agere & brevì obtinuit Gelriam, ac menſe auguſti Sluſam in Flandria, non

obſtan-

obſtante omni conatu Anglorum. Hinc iterum ſimultates inter Lyceſtrium & Ordines. Anno 1587.

Interim LÆVINUS TORRENTIUS nono demum poſt captam poſſeſſionem menſe, 10. ſcilicet ſeptembris hujus anni, conſecratus eſt ſecundus Antverpienſium Epiſcopus. Conſecratus eſt autem Vilvordiæ in Eccleſia Parochiali B. Mariæ, per Illuſtr. D. *Joan. Hauchinum* Archiepiſcopum Mechlinienſem, aſſiſtentibus *Joan. Lenlæo* Scoto Epiſcopo Roſſenſi & *Andreâ Streignart* carmelitâ Epiſ. Tagaſtenſi ſuffraganeo Leodienſi. Conſtat ex Actis Archiep. Mechlinienſis. Septemb. Torrentius conſecratur II. Epiſcopus Antv.

Non dubitandum quin brevi poſt conſecrationem novus Epiſcopus in reſidentiam venerit. Prima illi cura fuit, ut res ſacras hæreticorum rabie fædatas priſtino ſplendori reponeret: hinc plures Eccleſias reconciliavit, monaſteria reſtituit, devios à fide in viam veritatis reduxit, qui ſeptem circiter millia referuntur: unicuique ſua jura, per turbas deperdita, reſtituit; juriſdictionem Epiſcopalem cordi habuit. Hinc mox contenſiones inter hunc Epiſcopum & Capitulum Cathedrale, occaſione ſubjunctâ. Ejus prima cura. Controverſia inter Epiſ. & Capitulum.

Capitulum ab immemoriali gaudebat privilegio plenariæ exemptionis à juriſdictione Epiſcopi, ut immediatè ſubjectum Sedi Apoſtolicæ, exercebatque juriſdictionem in univerſum clerum Antverpienſem; clericos ordinandos mittebat ad quemvis Epiſcopum; facultatem dabat abſolvendi à caſibus etiam Epiſcopo reſervatis; aliiſque ſimilibus privilegiis gaudebat Capitulum Antverpienſe. Quæ privilegia veroſimiliter obtenta fuerant initio ſchiſmatis circà annum 1378. quando, Epiſcopo Cameracenſi adhærente Pontifici Avenionenſi, Capitulum ab eo receſſit & fidele manſit URBANO Pontifici Romano. Circà juriſdictionem.

Cum

Anno 1587. Octob.

Cum autem in fine ſeculi præcedentis litteræ deſuper obtentæ non invenirentur, & Capitulum meritò timeret, nè per Epiſcopum Cameracenſem turbaretur in ſua antiqua poſſeſſione, recurrit ad PHILIPPUM Ducem Brabantiæ, dein ſimul cum Duce ad Pontificem, ſupplicans quatenùs Pontifex ſibi dignaretur deſuper providere. Pontifex autem ALEXANDER VI. his precibus motus non tantùm prædictam exemptionem confirmavit, ſed & renovavit per Bullam datam anno 1500., quæ ſuprà ad dictum annum eſt relata. Inſuper Leo PP. X. anno 1513. præmiſſa omnia privilegia & exemptiones confirmaverat Capitulo per bullam ſuprà ad dictum annum relatam. Similiter varias exemptiones & juriſdictiones Capitulo confirmaverat Adrianus PP. VI., ut ſuprà ad annum 1522. vidimus.

Hinc Capitulum contendebat exemptionem ſuam & juriſdictionem ſatis firmatas eſſe, eaſque perſeverare non obſtante erectione Epiſcopatûs Antverpienſis. Epiſcopus autem è contrà contendebat omnia iſta privilegia, exemptiones & juriſdictiones abolitas & ſublatas eſſe per erectionem novi Epiſcopâtûs.

Remittitur ad Nuntium Apoſtolicum.

Controverſia hæc, cum hìc terminari non poſſet, de communi partium conſenſu Epiſcopo Cajacenſi Nuntio Apoſtolico in his partibus componenda commiſſa fuit. Nuntius autem juribus ambarum partium viſis, acta deſuper emanata & geſta tranſmiſit ad SIXTUM PP. V., qui negotium illud cognoſcendum & terminandum commiſit Cardinalibus deputatis ſuper interpretatione Concilii Tridentini. Partes autem Procuratores ſuos Romam miſerunt; ubi negotium iſtud tertiò coram dictis Cardinalibus agitatum fuit; & demùm quarto poſt hæc anno

Et inde Romam.

per

per Gregorium PP. XIV. utcumque terminatum, ut infrà dicetur. Anno 1587.

Mirati ſumus ſuprà, Regem & tempore turbarum & tam diu poſt reductam civitatem diſtuliſſe quemquam nominare ad vacantem Epiſcopatum Antverpienſem. Similiter mirari debemus eumdem Regem non nominâſſe ad Abbatiam S. Michaëlis, jam vacantem ſex annis, niſi in fine hujus anni, quando civitas jam ultrà duos annos erat reducta. Nominavit autem Rex Emmericum Andreæ, qui juxtà calculum regiminis conſecratus eſt Abbas die ultimâ hujus aut primâ anni ſequentis. Decemb. Rex demùm nominat ad Abbatiam S. Michaëlis.

Joannes Asseliers Antverpianus eidem Urbi à Secretis & J. U. D. obiit hoc anno 1587. Delphis Batavorum. Adoleſcens Italiam, Galliam, Germaniamque luſtraverat. Scripſit *Hiſtoriam tumultuum Belgicorum à diſceſſu Philippi II. uſque ad obitum Franciſci Valeſii Ducis Alenzonii* olim Ms. apud Henricum ejus filium J. C. & Advocatum Bruxellis: quò autem deinceps hoc antiquitatis monumentum devenerit, neſcimus. Fop. *Bibl. Belg.* Joan. Aſſeliers Secretarius civitatis.

Tilmannus Bredebachius *Mathei* ſcriptis clari filius, Embricenſis è Cliviæ ducatu, Doctor Theologus Colonienſis, Canonicus Cathedralis Antverpienſis, dein in D. Gereonis Coloniæ; obiit Coloniæ hoc anno pridie Nonas majas. Edidit quædam opuſcula aſcetica & ab aliis conſcripta latinitate donavit, quæ indicat Fop. *Bibl. Belg. pag.* 1144. Tilmannus Bredebachius Canonicus Antv.

Dux Parmenſis anno 1588. vix quidquam egit contrà fœderatos; eò quod claſſem pararet jungendam claſſi Hiſpanorum, quæ hoc anno infelici exitu deſtinata fuit in Angliam: quod autem tentavit Parmenſis in fine anni contrà Tolenſem Inſulam & vicinam Bergam ad Zomam, tentavit infeliciter. 1588. Bellum hujus anni.

Justus

Anno 1588.

Juſtus Blanc. waltius Can.

JUSTUS BLANCWALTIUS Antverpienſis, S. T. L. Colonienſis & Canonicus Cathedralis Antverpienſis attribuens infelicem rerum ſtatum iræ divinæ, ad excitandos Catholicorum animos compoſuit libellum ediditque in hac civitate hoc anno 1588. ſub titulo : *Modus placandæ iræ divinæ hoc tempore.* Supervixit Auctor ille uſque ad 19. martii 1606., quo obiit in hac civitate. Fop. *Bibl. Belg. pag.* 783.

Epiſcopus decernit jura Decanorum chriſtianitatis &c.

Epiſcopus noſter *Torrentius*, qui tamquam vigilans paſtor collapſa in eccleſiaſtica diſciplina conabatur reſtituere, etiam Decanorum Chriſtianitatis & ſuis intendit juribus, quæ propter vacationem Decanatuum tempore tumultuum ferè interierant. Itaque ad ſupplicationem Decanorum, moderatione factâ, jura iſta determinavit & decretum deſuper fecit, quod ſervatur inter ſcedas Decanatûs diſtrictûs Antverpienſis, ſed ſine anno, menſe aut die : interim quia in eo referuntur multa memoriæ digna, illud hic ſubjungo prout ibidem reperitur; donec authenticum communicetur.

Decretum deſuper.

„UNIVERSIS & ſingulis præſentium litte- „rarum inſpectoribus LÆVINUS TORRENTIUS, „Dei & ſanctæ Sedis gratiâ Epiſcopus Ant- „verpienſis ſalutem in Domino ſempiternam.

„Juribus & emolumentis Decanorum chriſ- „tianitatis noſtræ Diœceſis Antverpienſis provi- „dere, eorumque ſumptibus & expenſis, „quantùm meliùs potuimus, ſuccurrere cu- „pientes; & diſtantiam Parochialium Eccleſia- „rum aliorumque locorum Decanatuum dictæ „Diœceſis & varia hujus temporis pericula atten- „dentes, ſupplicationibus dictorum Decanorum „piè inclinati; & viſo quod ob vacationem „Decanatuum prædictorum & intervallum tem- „poris, tam jura eorum quàm noſtra ferè „interierunt, & ob eam cauſam moderatione

„per

„ per nos factâ, eiſdem conceſſimus & in- Anno
„ dulſimus, ac tenore præſentium concedimus 1588.
„ & indulgemus, ultrà Legata ipſis per dece-
„ dentes Presbyteros ſeu beneficiatos relinquenda;
„ pro omnibus juribus ſuis funeralibus, quæ
„ ſemper petere conſueverunt (niſi fortè aliquo
„ ſuffulti fuerint privilegio) in modum & for-
„ mam ſequentes. Videlicèt.

„ Pro quolibet Curatorum eccleſiarum ma-
„ jorum. 7. florenos equites.
„ A perſonis Perſonatuum omnium Eccleſia-
„ rum. 7. flo. equites.
„ Et pro clerico. 1. flo. equitem.
„ Et à Curatis mediarum eccleſiarum habe-
„ bunt. 5. flo. equites.
„ Et pro clerico. 1. flo. equitem.
„ Et ab eorum mercenariis tam pro Decano,
„ quàm ejus clerico. 3. flo. equites.
„ A Curatis verò minorum eccleſiarum ſeu
„ quartarum capellarum. 3. flo. equites.
„ Et pro clerico. 1. flo. equitem.
„ Eorum vicegerentes tam pro Decano quam
„ ejus clerico. 2. flo. equites.
„ Et à quolibet aliorum Beneficiatorum non
„ habentium curam animarum recipiet. 3. Petros.
„ Atque à veris & perpetuis Vicariis habentibus
„ curam animarum, 4. flo. equites.
„ Item à quolibet Sacerdote beneficiato habente
„ Cantuariam aut officium eccleſiarum habe-
„ bunt. 2. Petros.

„ Et ulteriùs habebunt deinceps prætacti De-
„ cani Almutium & Breviarium juxtà anti-
„ quam conſuetudinem aut eorum valo-
„ rem.

„ Prædicta verò jura ſolvi debent ante alia
„ debita, hinc indè per decedentes contracta.
„ Significabiturque dies exæquiarum ſuorum de-
„ cedentium Sacerdotum per executores, aut
aliquem

Anno 1588. „aliquem eorum nomine, Decanis; qui ad
„diem hujuſmodi in propria perſona compa-
„rere, niſi legitimè impediti, tenebuntur;
„aut alteri ſuas vices committere. Quæ ſi non
„fecerint; poterunt executores defuncti ali-
„quem Sacerdotem ad hoc deputare; ſalvis
„tamen dictorum Decanorum juribus, ex qui-
„bus officiantem Sacerdotem ſaliare debe-
„bunt.

„Valor autem dictorum nummorum eſt ta-
„lis, videlicet.

„Florenus eques computatur ad xxx. ſt.
„Petrus unus ad xviij. ſt.
„Arnoldus ad xij. ſt.

„Singulis verò Presbyteris permittitur teſtari,
„ſalvo quod Reverendiſſimus recipiat de bonis
„mobilibus ſexageſimum denarium; & ulteriùs
„pro juribus Capellæ, pro Officiariis ſuis jux-
„tà ſtatuta Curiæ, iiij. flo. Ren. & viij.

„Fructus quoque beneficiorum Sacerdotum
„decedentium ante feſtum B. Magdalenæ com-
„petunt Reverendiſſimo; ſalvâ prætenſione
„Archidiaconi pro tertiâ parte.

„Si verò poſt feſtum B. Magdalenæ deceſſe-
„runt; fructus pertinebunt ad domum mor-
„tuariam; ex quibus officiantem uſque ad
„feſtum S. Johannis ſaliare tenebitur.

„Quoad verò exhibitiones copiarum teſta-
„menti & Inventariorum bonorum defuncto-
„rum; tenebuntur executores infrà menſem
„officiariis Curiæ noſtræ ſpiritualis illas tranſ-
„mittere cum triginta ſtuferis.

„Et ſi Decani in ſe ſuſceperint tranſmittere;
„habebunt pro ſalario ſex ſtuferos. Et tunc
„infrà annum vocatis vocandis computum De-
„cani recipient, illumque infrà menſem de-
„poſt ad Curiam noſtram tranſmittent expenſis
„defuncti.

„Bona

„ Bona mobilia Paſtorum aut Sacerdotum, ſub „ noſtra Diœceſi Antverpienſi moram trahen„ tium. & ab inteſtato decedentium, ad noſtram „ diſpoſitionem ſpectabunt, niſi maturè ea re„ demerint; de quibus fidele inventarium De„ cani faciant aut fieri procurent. Anno 1588.

„ Item pro juribus inſtroductionum tam à „ Paſtoribus, Perſonatibus, Vicariis perpetuis, „ Capellanis & aliis Officiariis prætactis recipient „ Decani juxtà taxam pro funeralibus ſuprà „ conceſſam.

„ Præterea recipient de muliere ex fornicatione „ ſimplici imprægnata quatuor ſtuferos; ex „ ſimplici adulterio octo ſtufetos; ex duplici „ adulterio ſeu inceſtu aut in ordine conſtitutâ „ unum Petrum: & ſic ulteriùs juxtà nefarii „ criminis exigentiam; & pro placeto purifica„ tionis unum *Arnoldum*.

„ Item à quolibet abſente Curatorum recipient „ annuè octo ſtuferos, Capellanorum qua„ tuor.

„ Pro exhibitione privilegii alicujus Eccleſiæ „ recipient prænominati Decani quatuor ſtuferos „ annuè, & pro privilegio Beneficiatorum „ duos.

„ Pro exhibitione abſolutionis homicidii, reſti„ tutionis, bannitionis recipient unum *Arnol„ dum*.

„ Ulteriùs de abſentiis Beneficiatorum tenentur „ Rectores infrà decimam nonam menſis ſeptem„ bris Decanis noſtris exhibere litteras placeti „ expeditas, & pro hujus exhibitione recipient „ 4. ſtufer.

„ Pro teſtimoniali Capellaniæ duos ſtuferos. „ Et ſi infrà diem præſcriptum non exhibue„ rint, tunc manebunt fructus ſubha„ ſtati.

„ Pro

Anno 1588. „Pro exhibitione Privilegii Lovanienſis aut „Duacenſis aut alterius Univerſitatis recipient „quatuor ſtuferos.

„Placetum quoquè abſentiæ ſemper peti „debet ante feſtum S. Magdalenæ, quod eve„nit die 19. auguſti.

„Circà punctum concernens expenſas, quas „Decani habent in comparitione Synodi, mo„dus ab antiquo obſervatus non debet immu„tari, & ideò expenſæ hujuſmodi colligendæ „ſunt juxtà taxam Beneficiatorum.

„Capitulum quoque rurale ex nunc aboletur, „exceptò tempore Synodi diœceſanæ aut pro„vincialis: quia tunc Decani convocationem „facere tenebuntur communibus expenſis, col„ligendis ut ſuprà.

„Pro expenſis verò faciendis in apportandis „ſacro Oleo & Chriſmate tertiam partem flore„ni equitis recipient.

„Pro citationibus autem ſimplicibus quatuor „ſtuferos.

„Pro arreſtationibus, monitionibus ſex ſtu„feros.

„Pro citatione ſeu monitione generali octo „ſtuferos.

„Pro litteris diſpenſationis lacticiniorum & „indulgentiarum à magiſtris fabricæ octo ſtufe„ros.

„Pro placeto juramenti coràm laïco præſ„tandi recipient quatuor ſtuferos: quod place„tum non conceditur in cauſa ſanguinis.

„Ex legibus verò ſive emendis exceſſuum, „per Decanos noſtros ad Curiam noſtram defe„rendorum, concedimus iiſdem tertiam par„tem; Procuratori noſtro fiſcali præventione „ſemper reſervatâ.

„Pro litteris teſtimonialibus alteri Decano „ſcribendis, ſive proprii ſive alterius Epiſco„patûs, recipient ſeptem ſtuferos.

„Pro

„ Pro excommunicatione facienda habebunt „ unum *Arnoldum* à magiſtris fabricæ. Anno 1588.

„ Cæterùm de præſentationibus & admiſſioni- „ bus Presbyterorum mercenariorum, ad deſer- „ viendum curis aut beneficiis noſtræ Diœceſis, „ concedimus & indulgemus, ut quicumque „ mercenarius intraneus, hoc eſt noſtræ Diœ- „ ceſis, ſemel præſentatus & per nos ſeu noſ- „ tros Vicarios admiſſus durante arrendâ, quam „ de eadem eccleſia ſeu beneficio cum domino „ ſuo fecit, ampliùs ad eamdem eccleſiam ſeu „ beneficium ſe præſentare non tenebitur. Sed „ arrendâ expiratâ idem mercenarius de novo „ comparere obligatur. Quod etiam obſervan- „ dum erit, ſi ad aliam deſervituram fuerit „ aſſumptus. Extraneos verò ex alterius Diœ- „ ceſi venientes volumus ſingulis annis in septi- „ mana poſt Dominicam in Albis coram nobis „ perſonaliter ſiſti: & pro cognitione Decani „ aut exhibitione placeti ſex ſtuferos ſolvent: „ Et præter hoc dabunt ſingulis annis 26. ſtufe- „ ros, videlicèt pro Reverendiſſimo 18.; pro „ ſigillifero 2. & ſecretario 6. ſtuferos.

„ Reſcriptiones autem Eccleſiarum annuatim „ fieri debent ante feſtum S. Magni, quod „ occurrit 19. auguſti; & hoc per Curatos aut „ eorum Vicarios ſub pœna correctionis & gra- „ vis mulctæ per judicem Curiæ noſtræ decer- „ nendæ.

„ Permutationes ſive reſignationes aut ceſſio- „ nes beneficiorum eccleſiaſticorum, aut etiam „ eccleſiarum, fieri non poſſunt, niſi poſt „ Purificationis feſtum. Quod ſi anteà aliquæ „ factæ fuerint irritæ erunt, & fructus pro „ tertia parte ad opus noſtrum confiſcati.

„ Concedimus inſuper dictis noſtris Decanis „ ex gratia ſpeciali unum Bannum ſive denun- „ tiationem matrimonialem pro ſua diſcretione

Anno 1588.

„ remittendi ; dummodò de reliquis duobus ; „ ſi ad nos tutus acceſſus non ſit, fidelem „ computum faciant.

„ Et quamvis dictis Decanis noſtris ex gra„ tia conceſſerimus poteſtatem abſolvendi in ca„ ſibus nobis reſervatis ; tamen, quia pericula „ & horum temporum diſcrimina tutum acceſ„ ſum ad nos non concedant, indulgemus „ eapropter eiſdem Decanis & permittimus, „ ut Paſtoribus, ſub eorum diſtrictu reſidenti„ bus ac aliis animarum curam habentibus, „ in quadrageſima ac aliis temporibus pro „ exigentia neceſſitatis, eamdem poteſtatem, ſi „ proficuum videatur, impertiantur.

„ Cæterùm quia accepimus & indies contin„ git, quod quando Curati, Vice-curati eccle„ ſiarum noſtræ Diœceſis, in vim juramento„ rum ſuorum ſuper hoc præſtitorum, exequi „ tenentur litteras citatoriales primas ad inſtan„ tiam promotoris Curiæ noſtræ ſuper exceſſi„ bus ſubditorum ſuorum fulminatas, in eoſ„ dem ſubditos ſuos exequuntur ; ſubditi ſæpè „ duris & contumelioſis verbis aggrediuntur & „ publicè minantur, aſſerentes ex auditione „ confeſſionis eorum malefacta ad Curiam noſ„ tram delata. Quarè eos deinceps à citationi„ bus primis perſonaliter faciendis ſupportari „ volumus, ut cum ſubditis ſuis quietè vivere „ poſſint. Et has citationes primas committi „ volumus ac decernimus matriculariæ cuſto„ dibus ſeu foreſtariis ſecularibus, quos harum „ ſerie authoriſamus.

„ Et hactenùs multas & varias querelas ſuſce„ pimus, eò quòd taxationes ex uniformitate „ non fuerint collectæ. Volumus eapropter & „ mandamus, ut ex nunc exigant ac noſtro „ & officiariorum noſtrorum nomine recipiant „ pro canone eccleſiarum incorporatarum, vide

„ licèt

„ licèt pro canone Eccleſiæ de Brecht , Boom , Anno
„ Schelde , Ryckevorſel & aliarum ſimilium , 1588.
„ à ſingulis annuè in feſto S. Mathæi triginta-
„ octo ſtuferos in ſignum ſuperioritatis noſtræ.
„ Item pro Perſonatu de Brecht incorporato
„ Collegio Scholarium ; fundato per Reveren-
„ diſſimum D. de Ruyt Epiſcopum Atrebaten-
„ ſem ; dimidiam Marcham argenti , pro qua
„ ſolvuntur quatuor floreni aurei cum cruce
„ S. Andreæ ; quolibet floreno ad triginta ſtu-
„ feros computato.

„ Item pro incorporatione ſeu extinctione
„ Perſonatûs eccleſiæ parochialis S. Waldetru-
„ dis oppidi Herentalenſis , factâ eccleſiæ &
„ Capitulo S. Catharinæ de Hoochſtraten , ipſo
„ die Nativitatis duodecim Renenſes. Ac ratio-
„ ne canonis annui & ratione ſuperioritatis &
„ incorporationis à RR. DD. Capituli Antver-
„ pienſis unum denarium Byſantinum facien-
„ tem duodecim ſtuferos ; cedentem ut ſu-
„ prà.

„ Item recipient prænominati Decani occa-
„ ſione abſentiarum Paſtorum ac curatorum
„ pro unaquaque libra pro parte R. D. Archi-
„ diaconi duos ſtuferos , & ultrà hos pro
„ noſtris juribus in toto decem ſtuferos ; &
„ noſtro ſigillifero ſex ſtuferos.

„ In Capellaniis ; Beneficiis & Matriculariis
„ taxatur unaquæque libra pro D. Archidiacono
„ ut ſuprà , & pro noſtris juribus ad octo ſtu-
„ feros ; ac noſtro ſigillifero ſex ſtuferos in
„ toto ; juribus Decanorum ſæpè dictorum
„ ſemper ſalvis.

„ Hic notandum occurrit ; quod modius
„ ſpeltæ computatur pro libra & ſextarius ſivè
„ modius . . . . . pro duabus libris : unde ſequi-
„ tur quod de ipſis debeat ſervari taxa ſuperiùs
„ notata.

Anno 1588.

„ Poſtremò recipient præfati Decani noſtrò „ nomine Decreta gratiæ , Remiſſiones banno„rum , Diſpenſationes , Leges & Emendas , „ fructus arreſtatos & nobis adjudicatos.

„ Jura quoque Capellæ , nobis & noſtris „ officiariis juxtà antiquam conſuetudinem debi„ta , & alia nobis hinc indè cedentia : de „ quibus Nobis & Officiariis noſtris fidelem „ computum ſingulis annis reddere tenebuntur , „ ſub ſalario vigeſimi denarii.

„ Mandamus inſuper & expreſſè tenore præ„ſentium injungimus omnibus & ſingulis Paſto„ribus , Beneficiatis , Vicariis , Capellanis , „ Officiariis , Matriculariis ac aliis omnibus Sa„cerdotibus , ut hanc noſtram moderationem „ inviolabiliter abſque contradictione obſervent „ ſub pœna indignationis ac graviſſimæ correctio„nis.

„ Acta ſunt hæc de conſilio noſtrorum Offi„ciariorum in palatio noſtro Antverpiano , „ anno Dñi MD.... menſis ... die...."

Negotium inter Epiſc. & Capitulum Romæ examinatur.

Suprà vidimus negotium circà juriſdictionem inter Epiſcopum & Capitulum Cathedrale per Nuntium apoſtolicum tranſmiſſum fuiſſe ad Pontificem ; Pontificemque illud examinandum & dijudicandum tradidiſſe Cardinalibus deputatis ad interpretationem Concilii Tridentini. Illi autem Cardinales jura utrimque examinârunt & auditis utriuſque partis procuratoribus , tandem ſententiam primam pronuntiârunt hoc anno in hanc formam.

Sententia prima.

„ Cenſuerunt (dicti Cardinales) priſtina quon„dam Collegiatæ Eccleſiæ , quæ poſteà , ut „ præfertur , in Cathedralem Antverpienſem „ erecta eſt , privilegia Capitulo antedicto con„trà Epiſcopi Antverpienſis juriſdictionem non „ ampliùs Suffragari in iis , quæ concernunt „ juriſdictionem ipſius Epiſcopi ; & præſertim

„ in

„ in caſibus, in quibus juriſdictio ipſi Epiſ- Anno
„ copo à Concilio Tridentino tributa eſt. " 1588.

Ita refertur hæc ſententia in Bulla Gregorii PP. XIV. data anno 1591. quæ infrà dabitur ad illum annum.

Capitulum obtinet reſumi negotium

Verùm Decanus & Capitulum hâc ſententiâ non contenti, iterùm recurrunt ad ſanctam Sedem & ad SIXTUM. PP. V. ac iterum prædictum negotium ipſis Cardinalibus audiendum & examinandum committi obtinuerunt: Itaque negotium iterum agitari cœpit, de quo infrà.

David Michaël Regius Bogardus.

Moritur hoc anno 1588. in hac civitate DAVID MICHAEL REGIUS religioſus tertii inſtituti S. Franciſci Antverpiæ, quos Bogardos vocamus; vir doctus & magnæ lectionis, cui Ordo Bibliothecam debet. Multa meditatus eſt: ſed pauca in lucem prodierunt, quia morte præventus. Extant ejus tantummodo *Indices Romani Miſſalis*, compendio quidquid in eo continetur dilucidè ante oculos ponentes, quos amico optimo *Chriſtophoro Plantino* inſcripſit, qui & typis mandavit anno 1573. Legitur prolixum ejus Epitaphium metro ſcriptum apud Swertium in *Athenis Belgicis* & apud Foppens *Bibl. Belg. pag.* 230.

1589.

Bellum hujus anni.

Tribus primis anni 1589. menſibus, inquit Haræus, in Belgio vix operæ pretium belli factum eſt, utrâque parte ſpectante, quo tragœdia Francica evaderet, ſimul quòd Hollandi ſeditiones Anglorum militum nondùm ſuperâſſent & Parmenſis valetudinarius eſſet. Tumultuabantur dudum Gertrudebergæ præſidiarii Angli, qui à 2. die februarii hujus anni cum Parmenſi de tradenda illi urbe agere cœperant. Illi autem tandem civitatem illam, non obſtante omni Ordinum conatu, ei 9. aprilis tradiderunt certis legibus. Menſe maijo Parmenſis

Anno 1589. ad fontes Spadanos valetudinis adverſæ cauſâ profectus eſt. Interim pars exercitûs ductore Mansfeldio Heuſdam verſùs, altera pars duce Warenbonnio ad Blyenbecam expugnandam, viciniſque ad Rhenum locis hoſtem exercendum tendunt. Illic autem plura caſtra Duces illi Regi ſubegerunt. Intereà cohortes aliquot, quæ Bergis ad Somam nuper egreſſæ per Brabantiam prædatum huc atque illuc diſcurrebant, Thenas invaſerunt atque diripuerunt & ſpoliis onuſti non omninò feliciter redierunt. Similiter Bergenſes præſidiarii menſe novembri exeunte, eruptionem in Brabantiam inſtituentes, Wilryckam pagum juxtà Antverpiam incenderunt, & menſe decembri Antverpienſium conductum Steenbergam tendentem interceperunt.

Templum Capucinorū conſecratur.

Capucini, qui anno 1585. immediatè poſt reductam civitatem advenerant, & anno ſequenti domum pro formando Conventu obtinuerant, brevi cœperunt conſtruere Templum, quod perfectum ſtabat hoc anno 1589.; & eodem hoc anno illud conſecravit Epiſcopus noſter *Lævinus Torrentius*, ut conſtat ex ſchedis loci.

Quarto anno expleto diſcedunt Religionarii.

Menſe auguſti hujus anni expirabant quatuor anni in tractatu reconciliationis, ſuprà *pag.* 182. relatò Art. 6., conceſſi religionariis ad deliberandum, num vellent vivere ſecundùm antiquam catholicam Religionem, num vellent diſcedere cum familia & bonis. Plures jam diſceſſerant, plures converſi erant, ſed etiam plures necdum converſi hactenùs remanſerant, ſperantes fortè prolongationem aut intendentes converſionem.

Epiſcopus TORRENTIUS, duobus quibus in civitate reſederat annis, multùm laboraverat in convertendis ſeductis multumque fructum retulerat, ita ut pro convertendis reliquis deſideraret

garet prorogationem iſtius quadriennii, ut indicat Auctor *Chor. S. Bernardi* apud Sanderum: „Pia, inquit, comitate (Epiſcopus) „complexus eſt illos, quos iniquitas tempo„rum & fallacia hæreticorum in errores abduxe„rat, quibus ex pacto deditæ urbis libertas „debebatur per proximum quadriennium; intrà „quod multi admodùm ſunt converſi, deſide„rabatque etiam tempus illud plùribus aliis „prorogari, quorum multos ultrà terminum „hic retinuit ac tandem ad ovile catholicum „reduxit." Ita Auctor ille, qui quidem dicit Epiſcopum deſideràſſe prorogationem, ſed non indicat an Epiſcopus quidquam egerit ad obtinendam generalem prorogationem. Cum autem dicat, Epiſcopum multos ultrà terminum retinuiſſe, veroſimile eſt eum pro particularibus inſtitiſſe & obtinuiſſe dictam prorogationem; quæ cum generaliter conceſſa non fuiſſet, reliqui juxtà dictum Articulum, diſcedere debuerunt. Anno 1589.

Cum autem quadriennium expiràſſet & qui vellent deceſſiſſent; recenſiti ſunt omnes civitatis incolæ, & reperti ſunt quinquaginta quinque millia. Tempore autem obſidionis, ut ſuprà vidimus, numerati fuerant nonaginta millia, adeòque hoc tempore triginta quinque millia incolarum minùs quàm tempore obſidionis. Sed inde minimè ſequitur tot heterodoxos tempore quadriennii deceſſiſſe: nam imminutio iſtius numeri Incolarum non tam adſcribendus eſt religioni, quàm mercaturæ dilabenti indies aut ceſſanti ob impeditam per continua & atrocia bella, aut inhibitam per edicta communicationem cum Hollandis & Zelandis.

Quinquaginta quinque millia Incolarum in civitate.

Romæ poſt primam ſententiam latam anno præcedenti in cauſa circà juriſdictionem inter

Secunda ſententia circa juriſdictionē inter Epiſc. & Capitulum.

Anno 1589. Epiſcopum noſtrum & Capitulum Cathedrale, negotium iſtud iterum agitabatur coram Cardinalibus interpretibus Concilii Tridentini, & tandem ſecundò ſententiam ſuam dixerant in favorem Epiſcopi, planè conformem illi quam anno præcedenti tulerant & quam ibidem retuli. Interim Capitulum non acquievit, at iterum inſtitit, ut negotium iſtud tertiò examinaretur, quod & obtinuit, ac Pontifex iſtud iterum Cardinalibus diligenter examinandum commiſit.

Lud. Guicciardinus obiit. Hoc anno 1589. obierunt duo viri toto orbe famoſi, qui, licèt alibi nati Antverpienſibus tamen meritò accenſentur; cum inter eos domicilium fixerint & obierint; nempè Ludovicus Guicciardinus & Chriſtophorus Plantinus.

LUDOVICUS GUICCIARDINUS natus Florentiæ circà annum 1523. ex familia patricia, quæ ejuſdem ſemper præcipua munera obierat, patre *Jacobo* qui erat frater *Franciſci Guichardin* famoſiſſimi hiſtorici. Cum didiciſſet litteras latinas & græcas, factus eſt eximius Mathematicus, Geographus, Hiſtoricus & antiquarius. Cumque pluribus annis in Belgio commoratus eſſet illudque ſtudioſè peragrâſſet, univerſi *Belgii deſcriptionem* primus edidit Etruſco ſermone Antv. 1567. Opus hoc poſtea gallicè interprete *Franciſco Belleforeſto*, flandricè *Cornelio Kiliano* & latinè interprete *Regnero Vitellio* Ziriczeo editum eſt fol. Amſt. 1613. cum tabulis geographicis provinciarum & urbium. Alia quæ edidit refert Fop. *Bibl. Belg. pag.* 832. Vir de univerſo Belgio benè meritus obiit Antverpiæ, ubi ſedem fixerat, 22. martii 1589. ætatis 66., ſepultus in æde Cathedrali ante Odeum publico à S. P. Q. Antverpienſi honoratus monumento, quod nuper penè trium

curâ

curâ ejuſdem Senatus renovatum eſt : ſicque ſonat : *Ludovico Guicciardino Florentino , nobilibus majoribus orto , inter quos patruum habuit Franciſcum magni nominis hiſtoricum , cujus famam æmulatus univerſam Belgicam eleganti ſtudio deſcripſit. Vixit ann. LXVI. obiit* XI. *Kal. april. MDLXXXIX. S. P. Q. Antverp. B. M. P. C.* Anno 1589.

Quarto poſt menſe deceſſit CHRISTOPHORUS PLANTINUS celeberrimus Belgii typographus , qui libros propè innumeros edidit , & eruditos ad evulgandas lucubrationes ſuas ultrò excitavit. Natus eſt inter Gallos anno 1514. in vico Montis-Ludovici altero à Turonibus milliari. Anno 1555. , munere typographico inclareſcere cœpit. Anno 1571. , dum edebat Biblia Regia , Prototypographi Regii titulo exornatus eſt. Mirabile de eo refertur , quod nè doctiſſimis quibus utebatur correctoribus nec ſibimet fidens , publicè exponeret reviſa privatim exemplaria , propoſito præmio detegentibus mendum. Cura quæ hodie deſideratur. Ex ſua uxore *Joannâ de la Riviere* ſuſcepit filium unicum , qui obiit duodecim annis natus , & tres filias , quarum major *Margareta* nupſit *Franciſco Raphelingio* , minor *Martina Joanni Moreto* & minima *Magdalena* nupſit *Egidio Beyſio*. Plantinus autem cum tria haberet typographæa , Antverpiæ ſcilicet , Pariſiis & Lugduni Batavorum , quo cum quiëtis ergò divertiſſet tempore turbarum , partem typographæi ſui tranſtulerat : ea ſuis Generis conceſſit. Et primò , cum poſt reductam civitatem rediiſſet an. 1585. Lugduno-Batavum *Raphelingo* ; *Beyſio* Pariſienſe ; *Moretus* verò poſt ſoceri mortem cum vidua Antverpienſe poſſedit , & quidem ſolus poſt mortem viduæ : tranſmiſitque celebre illud typographæum ad poſteros maſculos uſque in hodier- Christ. Plantinus obiit.

Anno 1589. hodiernum diem. Deceſſit Plantinus Antverpiæ kal. julii 1589. in Cathedrali in ambitûs Chori latere meridionali honorificè ſepultus, ubi legitur epitaphiū ei poſitum, quod refert Fop. *Bibl. Belg. pag.* 181.

Gaſpar Schuermans J. C. GASPAR SCHUERMANS Antverpienſis J. C. & Poëta elegans, qui multis annis hìc cauſarum patronum egit & multa reliquit *Conſilia* digna luce publicâ, luſit vario metri genere *Somnium in mortem Chriſtophori Plantini* Architypographi Regii, editum cum Epigrammatibus funebribus *Joannis Bochii* ad manes ejuſdem Plantini 1590. fol. Obiit Gaſpar Schuermans 15. aug. 1618. depoſitus ad S. Andream.

LambertusT. Schenckelius LAMBERTUS THOMAS SCHENCKELIUS Silvæducenſis hoc Anno Antverpiæ edidit *Apologiam antitheticam pro Rege Catholico.* Foppens Bibliothecæ Belg. *pag.* 801. (ubi & reliqua ejus opera referuntur) aſſerit eum Antverpiæ moderatorem ſeu Rectorem fuiſſe ſcholæ publicæ. De eo ibidem refertur, quòd tradiderit artem dictandi eodem tempore X. XV. XX. aut pluribus ſcribis materiæ diverſæ Epiſtolas aliaque, inter quæ linguam latinam ſex menſium aut breviori ſpacio doceri & addiſci poſſe : qua de re methodum dedit Argentinæ 1619. 8. Latiùs de eò agit D. Paquot *mem. litt. tom. XV. pag.* 59.

1590. Anno 1590. 30. januarii Rynberka poſt longam obſidionem Regi ſe donat. Menſe februario Regii milites ob non ſoluta ſtipendia tumultuantur Cortraci, oppidum occupant ac è viciniſ agris ingentem pecuniæ ſummam cogunt, magnamque inſolentiam exercent, donec ſtipendia ſoluta ſunt. Eodem tempore in Friſia Groeningenſes à fœderatis undique cincti periclitabantur ; propugnacula quatuor circumjacentia in poteſtatem redigunt fœderati, & ditioni Groeningenſi grave tributum hebdommadarium imperant : donec tandem Parmenſis diu neglectis ſubſidium mittit.

Bellum hujus anni.

Sub

Sub finem ejuſdem februarii fœderati Steenbergæ exercitum colligere videbantur, fingentes ſe oppugnaturos Gertrudenbergam. Credebatur famæ, adeò ut Gubernator Bredanus eò profectus omnia ad defenſionem neceſſaria procuraret. Abſente autem Gubernatore fœderati Bredam ſtratagemate tentant & ſuperant, immiſſâ nempè navi ceſpitibus oneratâ, in cujus alvo abſconditi erant ſeptuaginta lectiſſimi milites. Navis 3. martii ad Arcem appulſa, eſt & facilè admiſſa. Intempeſtâ nocte milites navi egreſſi Arcis vigiles interficiunt & Arcem ſui juris faciunt. Et dato ſigno ſocii à foris accedunt, in oppidum irrumpunt, quod quartâ menſis deditur. Fœderati inſuper univerſæ Campiniæ immenſam pecuniæ vim extorquere parant, Oſterholtii caſtra habentes. Verùm 10. martii Manſveldius Antverpiâ cum copiis profectus in Hollandiam eos redire cogit. Tum Sevenbergam ducens oppidum cum arce factâ deditione Regii juris facit; ſed excitatum in littore propugnaculum expugnare non valens, eo deſerto in Brabantiam reverſus eſt.

Anno 1590.

Breda capta per fœderatos

Menſe aprilis Hollandi Stochemium ad moſam aſtu occupant; tentant & arcem, ſed fruſtrà: itaque ſub meridiem cum præda Bredam verſùs iter remenſi ſunt. Ac ſimiliter primâ maii in ſuburbiis Antverpianis cives utriuſque ſexûs, qui apricatum prodierant, ſpoliârunt, multos etiam captivos abducentes.

Qui & alia tentant, etiam in ſuburbio Antv. graſſantes.

Cum per fœderatos jam diu premerentur Noviomagenſes, Parmenſis magis ſolicitus de rebus francicis 1. auguſti in Galliam diſcedit, auxilium laturus fœderatis catholicis, & notanter Pariſienſibus per Navaræum ad extrema deductis. Interim dum Parmenſis in Francia hæret, fœderati in Belgio progreſſum faciunt. Menſe auguſti Doddendalium occupant, ſicut

Parmenſis in Galliam tendit.

& in

Anno 1590. & in Friſia munitionem Ementillam. Primo ſeptembris præſidiarii Bergarum ad Zomam Thenas oppidum interceperunt & ſpoliârunt: ac ſimiliter occupârunt eodem menſe Burick oppidum cum arce ad Rhenum. Sub finem ejuſdem menſis ſeptembris ac initio octobris recuperârunt arcem Hemertanam propè Sylvamducis, munitiones Helshout & Crevecœur, ac poſteà etiam arcem Helenſem; item 11. octobris propugnaculum *Ter Heiden* juxtà Bredam & 17. ejuſdem Steenbergam oppidum & mox etiam propugnaculum in Roſendale. Menſe novembri amiſerunt Regii Venloënſes, neutri parti ultrà volentes parêre. Eodem menſe fœderati dolo ferè Dunkerkam interceperunt. Hæc agente in Francia Parmenſi, qui ineunte decembri Bruxellam reverſus eſt. *Haraus*.

Tota Brabantia infeſta. Fœderati, qui hoc anno ſic profecerant, totam Brabantiam magìs magìſque reddebant infeſtam; ita quidem ut Epiſcopus noſter non tantùm Diœceſim ſuam, tot tantiſque turbis deſolatam, viſitare non poſſet, ſed nè quidem auderet accedere Lyram, ubi Religioſi S. Bernardi, quibus erat Abbas, congregati vivebant, jacente hactenùs in ruinis monaſterio ſuo: nè quidem, inquam, eò tendere audebat, ut eos viſitaret & ſolaretur ac pro regimine ſtatuenda ſtatueret.

Religioſi S. Bern. Lyræ degunt. Hinc Epiſcopus in eo providere volens, ſecuritati & regimini dictorum Religioſorum intendens, ipſis aliud refugium aptavit in *Puers*, (licèt extrà ſuam Diœceſim) quò ſecuriùs eos accedere poſſet. Cum autem domus aptata eſſet, ſcribit ad eos epiſtolam menſe junii hujus anni, quâ eos Lyrâ evocat, ut ob rationes prædictas ad dictam domum in *Puers* tendant, Evocantur in Puers. ibidemque regulariter vivant, donec monaſterium reſtituatur. Inducit autem eos ſpe fore,

„ ut

ut brevì monaſterium reſtituatur & obtineant Abbatem è gremio. Epiſtolam iſtam refert Auctor *Chor. S. Bern.* apud Sanderum *cap. X.* unde hìc eam ſubjicio. Annò 1590.

Epiſtola Epiſ. deſuper.

„VENERABILES in Chriſto ſincerè dilecti. „Quanto hactenùs ſtudio, amore, fide & „benevolentiâ res miſerrimi monaſterii noſtri S. „BERNARDI adminiſtraverim, etiam me tacente „res ipſa declarat: neque enim tantam vim „pecuniæ ſine ulla cautione aut certo pignore „expendiſſem, niſi major mihi veſtræ utilitatis „quàm propriæ fuiſſet cura. Dolerem ſanè vehe„menter, ſi quid à me prætermiſſum eſſet, „quo adjuvare atque erigere vos potuiſſem.

„Sed quoniam ſine ulla noſtra culpa aut ne„gligentia, ſolâ temporum iſtorum malitiâ „fieri cernimus, ut *Lyræ* (loco ſcilicèt, ubi „nunc vivitis) ob plurima nempè incommo„da, atque ideò maximè, quòd tutò illuc „accedere aut diſcedere nequeam, ut ſæpè an„teà per alias vobis ſignificavi & nunc quo„que per has litteras denuntio; omninò neceſ„ſarium eſſe, ut quàm fieri poterit citiſſimè „ac commodiſſimè (juxtà modum Adminiſtratori „veſtro à nobis præſcriptum) tranſmigretis in „dominium veſtrum de *Puers*, ad domum „illam, quam illic non levi noſtrâ expenſâ „procuravimus; ita ut ad honeſtum victum „nihil ſit vobis defuturum; quod, cum ipſe„met illuc venero (quod Deo volente futurum „eſt primo quoque tempore) intelligetis me„liùs. Nihil enim magìs mihi curæ eſt, quàm „ut omnibus conſtet, hoc unum me agere, „ut poſtpoſito omni privato commodo tam „nobile monaſterium, nunc funditùs penè „dirutum, aliqua ſaltem ex parte reſtitui & „ſub Abbate, ut olim factum eſt, gubernari „poſſit; quod meum propoſitum indies magìs

„magìſque

Anno 1590. „ magiſque confirmabitur, ſi quod ſummoperè „ cupio, communi ſimul omnes conſenſu mihi „ parueritis: tantò enim faciliùs citiùſque eo quo „ tendimus perveniemus: nihil enim difficile „ eſt, quod ex amore & benevolentia geritur. „ Et alioquin ea nobis incumbit neceſſitas prop- „ ter æs alienum & importunitatem credito- „ rum, ut quod facere propoſuimus, omninò „ faciendum ſit..... Antverpiæ die 10. junii „ 1590."

Tranſmigrant in Coolhem. Auctor prædictus addit Religioſos, per hanc epiſtolam motos, ad locum deſignatum in *Coolhem* tranſmigrâſſe & ibidem in religioſa obſervantia perſeverâſſe. Perſeverârunt autem uſque ad annum 1616., quo demùm ad monaſterium utcumque reſtitutum redierunt, ut ſuo loco dicetur.

Brabantia diris exactionibus premitur. Verùm fœderati prædictis progreſſibus animati non tantùm Brabantiam infeſtam reddebant ſed & bona notanter eccleſiaſticorum ſpoliabant ac diris exactionibus exagitabant. Meretur hìc referri, quod Epiſcopus MIRÆUS deſuper dixit in Oratione præliminari ad Synodum Diœceſanam anni 1610. Cum turbarum mala adſcripſiſſet negligentiæ & inobedientiæ cleri, ſic proſequitur.

„ Sed utinam, inquit juſtè flagellati verè Notanter Eccleſiaſticorum bona. „ etiam fuiſſemus emendati; at verò dum „ magnus ille LÆVINUS TORRENTIUS, ſecun- „ dus hujus urbis Epiſcopus, magno religionis „ zelo exequitur, quæ ſui ſunt muneris, re- „ periretque adverſantes eos, quos in laboribus „ ſocios & in agro dominico fœcundando de- „ buerat habere concolonos" (*veroſimiliter hic præcipuè reſpicit diſſenſiones, quæ fuerant inter Epiſcopum & Capitulum circa privilegia & juriſdictionem*) „ eodem ipſo tempore oppidum „ Bredanum ab hoſte intercipitur, qui ad

v „ præ-

„ præcedentem uſque annum" (*id eſt uſque ad annum* 1609. , *quo facta ſunt Induciæ*) „ totam „ hanc Diœceſim fecit tributariam , omneſque „ clericorum tam foris quàm in oppidis reſiden- „ tium facultates diriſſimis exactionibus reddidit „ obnoxias. Quiſquamnè veſtrùm tacitè hæc „ ſecum examinans ac tempora temporibus con- „ ferendo seriò expendens , alterum (ut dixi) „ alterius cauſam extitiſſe non animadvertat ? nec „ populum clero paruiſſe , quòd is nec ſuis „ obtemperâſſet majoribus ? ſorduiſſe agros tri- „ bulis & in campis fertiliſſimis zizaniorum ma- „ nipulos agricolam meſſuiſſe , quia ſacrarum „ ædium viluerat cultura , & fœcundior ibi „ vitiorum ſeges inveniebatur , ubi virtutum „ proventus uberior enaſci debuiſſet." Hæc MIRÆUS. Anno 1590.

Itaque diriſſimæ iſtæ exactiones & infeſtatio totius Brabantiæ poſt captam Bredam durârunt per annos novemdecim uſque ad duodenales inducias : & ſic eo tempore nec Diœceſis per Epiſcopum viſitari potuit , nec devaſtatæ eccleſiæ reſtaurari. Per annos novemdecim.

Miſerando hoc tempore Epiſcopus noſter TORRENTIUS , ut refert auctor *Hiſt. Epiſc. Ant. pag.* 67. , exulantes ob religionem recepit humaniter , boniſque ſpoliatos miſericorditer ſublevavit ; præ cæteris verò *Millerium Huguinum* Archiepiſcopum Thuamenſem in Hibernia , qui ſedem ſuam ob perſecutiones atroces Eliſabethæ Anglorum Reginæ deſerere coactus , dulce apud præſulem Torrentium ſolamen invenit , obiitque Antverpiæ hoc anno nonis auguſti ſepultus in choro Cathedralis ſub hoc Epitaphio , quod refert Swertius *Mon. ſepul. pag.* 54. Epiſcopus Hibernus moritur hic & ſepelitur.

Monumentum MILLERII HUGUINI *Hiberni Archiepiſcopi Thamenſis obiit Non. Auguſti MDXC.*

Cardina-

Anno 1590.

Romæ ſententia tertia inter Epiſc. & Capitulum.

Cardinales Interpretes Conc. Trid, quibus à Pontifice commiſſum erat negotium circà juriſdictionem inter Epiſcopum Antverpienſem & Capitulum Cathedrale ejuſdem civitatis, tertiam deſuper hoc anno ſententiam tulerunt planè conformem duâbus præcedentibus, nempè „ priſtina quondam privilegia Collegiatæ Eccle„ ſiæ, quæ poſteà in Cathedralem Antverpien„ ſem erecta eſt, privilegia, Capitulo ante„ dicto contrà Epiſcopi Antverpienſis juriſdictio„ nem non ampliùs ſuffragari in iis, quæ „ concernunt juriſdictionem ipſius Epiſcopi; & „ præſertim in caſibus, in quibus juriſdictio „ ipſi Epiſcopo à Concilio Tridentino tributa „ eſt."

Verùm dubium erat, num hæc ſententia ritè lata eſſet, eò quòd Capitulum commiſſarium, quem pro dirigenda cauſa Romam miſerat, revocâſſet ob non benè actam Capituli cauſam. Hinc Epiſcopus veroſimiliter deſiderabat à Pontifice non tantùm confirmationem iſtarum ſententiarum, ſed etiam executores earumdem. Verùm cum in fine hujus anni duo Pontifices Sixtus V. & Urbanus VII. brevì obiiſſent, à tertio demùm illa obtinuit menſe julio anni ſequentis, ut infrà dicetur.

Thomas Thielt Abbas S. Bern. apoſtata moritur.

THOMAS THIELT Mechliniæ natus & educatus in Collegio Standonico, quod hodie eſt Seminarium Epiſcopale, dein profeſſus religionem in Abbatia S. Bernardi juxtà Schaldim factus eſt Paſtor in *Ouden-boſch* in diſtrictu Bergizomenſi. Anno 1559. obierat Abbas illius monaſterii, ſed religioſi non audebant procedere ad novam electionem, quia in erectione Epiſcopatuum Abbatia iſta auctoritate regiâ & pontificiâ unita erat Epiſcopatui Antverpienſi. Interim religioſi agebant ad tollendam unionem, & tandem anno 1562. impatientes & ſperantes ſe obtenturos

obtenturos conſenſum proceſſerunt ad electionem, elegeruntque *Thomam*; cumque poſt duos annos obtinuiſſent conſenſum Regis, audacter eum introduxerunt & inſtallaverunt Abbatem anno 1564. ſine conſenſu Pontificis, quem dein numquam obtinuerunt. Anno 1565. comparuit per procuratorem in Synodo Cameracenſi, in qua Concilium tridentinum promulgatum eſt & acceptatum. Electio hæc Abbatiæ malè ceſſit: nam Abbas iſte brevi infectus eſt hæreſi, & anno 1567. ita ſuſpectus erat, ut publicè diceretur prædicare confeſſionem Auguſtanam. Hinc, dum Antverpiæ ſectariis inhibitum erat prædicare, concurſus ad Abbatiam, notanter ad concionem ejus indictam ad 2. julii, ad quam cucurrit multitudo ſectariorum curru & navi canentium in via pſalmos vernaculos. Abbas inde ſibi timens, notanter quòd appropinquaret Dux Albanus cum militibus, 18. auguſti deſeruit Abbatiam ſecum ferens quatuor millia florenorum, ut aſſerit *Antw. Chron.*: verùm *P. Bor* dicit eum tantùm abſtuliſſe florenos quadringentos. Deceſſit autem in Cliviam, ubi poſito monachali habitu 6. ſeptembris matrimonium inivit cum domicella *Joanna van Waveren*. Aſſerit *P. Bor* eum prælo dediſſe *apologiam* continentem rationes diſceſſus; quæ jam non invenitur; nec opus eſt, quia ſubſecutum tam brevi matrimonium ſtat pro omni ratione. Quid egerit in Clivia non liquet. Dum autem heterodoxi hic dominari ceperunt, rediit, ſubſiſtentiam obtinens ex bonis Abbatiæ. Anno 1579. prædicavit Antverpiæ, dein Bruxellis, quando ferebatur renuntiaſſe reformationi; quod cum ſciviſſet prædicando ibidem refutavit. Dein egit Antverpiæ, ubi in variis templis prædicavit, etiam coram Senatu, quando tranſibat ad reſtauratam Curiam. Tandem reductâ civitate

Anno 1590.

Anno 1590. cum cæteris deceſſit & prædicutius factus eſt primò Harlemi dein Delphis batavorum, an Lutheranus an Calviniſta non liquet; interim viri ſimiles parati eran ad omnia. Obiit autem Delphis 13. januarii 1590. ſepultus ante ſugeſtum majoris eccleſiæ ſub hoc Epitaphio.

Epitaphium. *Bernardum colui monachus malè ſanus & Abbas:*
Sed Chriſtus ſervum reddidit ecce ſuum,
Cujus amore ardens, dum paſco fideliter agnos,
Hâc recubo tandem mente beatus humo.
Thomas Thilius miniſter eccleſie Delphenſis obiit die 13. *januarii anno Dni* 1590.

Scripta. Scripſit & prælo dedit *Apologiam* continentem rationem ſui diſceſſûs & prolixam *Epiſtolam* ad Senatum Antverpienſem datam 15. julii 1583. quâ incitat eos contrà catholicos. Vidi in bibliotheca D. Michiels epiſtolam illam præfixam libello, cui titulus: *Chriſtelijcke antwoorde op den eerſten boeck der laſteringen ... van twee apoſtaten ... die eertyts Miniſters geweeſt hebben ...* Epiſtola iſta ſic concluditur. *Edele ... Heeren ... In Antwerpen den* 15. *julii* 1583. *uwer eerweerden dienaer Thomas Tilius.* Cæterum plures reperiuntur libelli dicati ejus nomini tamquam Abbati.

Emericus Andreæ Abb. S. Mich. Obiit hoc anno 31. auguſti EMERICUS ANDREÆ Hoogſtratanus, primus poſt turbas Abbas S. Michaëlis, anno regiminis tertio nundum expleto. Reliquit *Notationes in pleraque anni totius, ut & quadrageſimæ, Evangelia atque Epiſtolas* è probatiſſimis ſcriptoribus collectas. Leguntur ibidem Auctoris manu nitidè ſcriptæ. Ita Foppens *Bibl. Belg. pag.* 259.

1591. Bellum hujus anni. Parmenſis Dux anno 1591. plura tentavit ſed fruſtrà; fœderati autem Ordines notabilem progreſſum fecerunt. Primùm 15. febr. obtinent Oſtendæ vicinum propugnaculum regium & pagum Blanckenberg. Die 2. aprilis præſidiarii Bredani Arcem Turnhoutum in Campinia

Braban-

Brabantica operâ coctoris cereviſiarii invaſerunt & obtinuerunt. Die 20. ejuſdem menſis Kollenbergam arcem propè Urdingam oppidulum ad Rhenum nocte occupant, quo Stralenum aliquando invadere ſperabant: verùm non diu poſt reducta fuit. Die 4. maii fœderati arcem Weſterloam invaſerunt vix ullo reſiſtente, cum junior dominus de Merode in venatione eſſet: quæ Arx poſtea toti Brabantiæ pluribus annis maxima incommoda intulit. Obtinent 22. maii munitionem Zutphanienſem & 28. ipſam Zutphaniam; ſimiliter die 10. junii poſt glorioſam defenſionem obtinuerunt Daventriam. Die 20. ſeptembris occupant Hulſtum in Flandria. Octobris 21. Noviomagum ſuperant. Et interim Parmenſis in fine anni cum exercitu iterum in Franciam tendit. *Haræus.* Anno 1591.

Templum Bogardorum Tertii Ordinis S. Franciſci, quod tempore tumultuum hæreticorum furore funditùs everſum fuerat, reſtauratum ſtabat hoc anno 1591. 25. martii, idque in primis auxilio mercatorum Lucenſium. Ita Grammaye *Antv. L. II. c. 6.* Veroſimiliter templum illud ſubverſum fuit, dum per eorum monaſterium ducta fuit platea, quæ hactenùs fundum eorum dividit. Cum Grammaye notet diem, quo templum reſtauratum ſtetit; præſumendum eſt, eo die aut circà illud tempus conſecratum fuiſſe per Epiſcopum noſtrum *Torrentium.* Templum Bogardorum reſtitutum.

Hoc anno ante Quadrageſimam cœperant Ciſtertienſes S. Salvatoris vulgò *Peer-pots* erigere novum templum. Ita *Chron. Ms.* Idem indicatur *Chor. Abb. S. Salvatoris* apud Sanderum *Tom. I. pag.* 543. Novum erigitur in S. Salvatoris.

Vidimus ſuprà *pag.* 256. Epiſcopum Torrentium à Pontifice petiviſſe Bullam confirmatoriam ſententiarum, in favorem ſuum latarum per Cardinales Interpretes Concilii Trid. in cauſa Sententiæ latæ in cauſa inter Epiſ. & Capitulum.

Anno 1591. agitata inter ipſum & Capitulum ſuum Cathedrale. Bullam autem iſtam obtinuit hoc anno à GREGORIO PP. XIV. referturque integra ex Archivis Mss. Epiſcopatûs Gandavenſis apud Miræum *Dipl. Belg. Tom. II. pag.* 1107. unde hic eam ſubjungo.

Confirmantur à Pontifice.

„ GREGORIUS Epiſcopus ſervus ſervorum „ Dei ad perpetuam rei memoriam.

Bulla ejus deſuper.

„ Inter cætera, quæ internis exoptamus affecti„ bus id unum eſt, ut inter Prælatos eorum„ que ſubditos charitatem concordia nutriat & „ pacem charitatis firmet amœnitas.

Vide ſuprà ad an. 1500. ad an. 1513., 1521. & 1522.

„ Aliâs ſiquidem, cum dilecti filii Decanus „ & Capitulum Eccleſiæ Antverpienſis ratione „ quorumdam privilegiorum in eorum favorum „ à felicis recordationis ALEXANDRO VI., LEO„ NE X., ADRIANO etiam VI. prædeceſſoribus „ noſtris, antequam dicta Eccleſia, quæ tunc „ collegiata & Diœceſis Cameracenſis erat, in „ Cathedralem erecta extitiſſet, emanatorum „ ſeu approbatorum, ampliatorum & innova„ torum, non ſolùm exemptionem à juriſ„ dictione, viſitatione, correctione & om„ nimoda ſuperioritate moderni & pro tempore „ exiſtentis Epiſcopi Antverpienſis, ſeque imme„ diatè Sedi Apoſtolicæ ſubjectos, verùm etiam „ juriſdictionem in univerſum Clerum Antver„ pienſem tam in civilibus, matrimonialibus „ & criminalibus cauſis, quàm in facultate à „ caſibus Epiſcopo reſervatis abſolvendi, ac „ concedendi litteras dimiſſorias, nec non for„ ſan pluribus aliis: & modernus Epiſcopus „ hujuſmodi privilegia, ſi qua ipſi Decanus „ & Capitulum haberent, ut præfertur, per „ erectionem dictæ Eccleſiæ in Cathedralem „ poſtmodùm à piæ memoriæ PAULO PP. quar„ to etiam prædeceſſore noſtro factam, de me„ dio ſublata & abrogata fuiſſe prætenderet;

Vide ſupra ad an. 1559.

„ cauſæ

„ cauſæque ſeu prætenſionis & controverſiæ hu- Anno 1591.
„ juſmodi de communi partium cenſenſu venerabili fratri noſtro Epiſcopo Cajacenſi, noſtro & dictæ Sedis in illis partibus Nuntio componendæ commiſſæ fuiſſent : & ipſe Epiſcopus Nuntius, juribus ambarum partium hujuſmodi per eum diligenter viſis, acta deſuper emanata & geſta ad recolendæ memoriæ SIXTUM PP. V. ſimiliter prædeceſſorem noſtrum & ſedem præfatam tranſmitti & perferri curâſſet; idemque SIXTUS prædeceſſor negotium hujuſmodi venerabilibus fratribus noſtris S. Romanæ Eccleſiæ ſuper interpretatione Concilii Tridentini deputatis Cardinalibus audiendis cognoſcendum & fine debito terminandum commiſiſſet.

Sententia Cardinalium.

„ Prædicti Cardinales, viſis diligenter juribus prædictis, nec non advocatis & procuratoribus partium hinc inde ſufficienter auditis, cauſâque maturè, &, prout decebat diligenter accuratèque diſcuſſâ & in utramque partem examinatâ, cenſuerunt *priſtina quondam Collegiata Eccleſia, quæ poſteà, ut præfertur, in Cathedralem Antverpienſem erecta eſt, Privilegia, Capitulo antedicto contrà Epiſcopi Antverpienſis juriſdictionem non ampliùs ſuffragari in iis, quæ concernunt juriſdictionem ipſius Epiſcopi, & præſertim in caſibus, in quibus juriſdictio ipſi Epiſcopo à Concilio Tridentino tributa eſt.*

Altera.

„ Et nihilominùs prædicti Decanus & Capitulum, præmiſſis non contenti, ad eundem SIXTUM Prædeceſſorem & Sedem prædictam de novo recurſum habentes, prædictum negotium de novo ipſis Cardinalibus audiendum & examinandum committi obtinuerunt: Cardinaleſque prædicti in deciſis remanentes,

Anno 1591.

„ ſecundò pro Epiſcopi Antverpienſis Jurisdic-
„ tione ita, ut præfertur, cenſuerunt.

Tertia.

„ Ac tandem nè aliqua Decano & Capitulo
„ antedictis ulteriùs litigandi remaneret occaſio,
„ iidem Cardinales, tertiò negotium prædictum
„ reaſſumentes, unanimi conſenſu in eandem,
„ ut præfertur, devenerunt ſententiam.

Pontifex Capitulo indicit perpetuum ſilentium.

„ Cum autem Nos æquitate penſatâ jure
„ ducamus providendum, ut quæ ipſi Cardi-
„ nales magna cum maturitate & ſtudio tribus
„ diſtinctis vicibus deſuper cenſuerunt, debitæ
„ executioni demandentur; totius litis ac diffe-
„ rentiarum & prætenſionum hujuſmodi ſtatum,
„ nec non cauſæ & cauſarum merita ac mo-
„ derni Epiſcopi & Decani & Capituli præ-
„ dictorum jura, nec non ſingulorum prædic-
„ torum Privilegiorum eiſdem Decano, Capi-
„ tulo & Eccleſiæ quomodolibet per prædictos
„ romanos Pontifices prædeceſſores noſtros con-
„ ceſſorum, veriores etiam totos tenores præ-
„ ſentibus pro plenè & ſufficienter expreſſis ha-
„ bentes, ac cauſam & cauſas ſeu differentias
„ & prætenſiones prædictas univerſas ſuper præ-
„ miſſis latiùs deductas, tam coram Epiſcopo
„ Cajacenſi & Cardinalibus prædictis, quàm
„ aliis quibuſcumque judicibus ordinariis & dele-
„ gatis in romana Curia & extrà eam, etiam
„ ubilibet pendentes, in quibuſcumque & ſtatu
„ & terminis reperiantur, harum ſerie ad Nos
„ avocantes, litemque & lites hujuſmodi peni-
„ tùs extinguentes, *perpetuumque ſuper his*
„ *Decano, Capitulo & illius ſingularibus per-*
„ *ſonis & Canonicis & aliis collitigantibus præ-*
„ *dictis ſilentium imponentes*, *ac eis ſuper præ-*
„ *dictis os claudentes*, de Conſilio eorumdem
„ Cardinalium, quibus & Nos hujuſmodi ne-
„ gotium videndum & Nobis referendum
„ commiſimus, tenore præſentium dicimus &

„ decla-

„ declaramus ; Priſtina quondam collegiatæ „ Eccleſiæ, quæ poſteà, ut præfertur, in Cathe- „ dralem Antverpienſem erecta eſt, Privilegia „ Capitulo antedicto contrà Epiſcopi Antver- „ pienſis juriſdictionem non ampliùs ſuffragari „ in iis, quæ concernunt juriſdictionem ipſius „ Epiſcopi : & præſertim in caſibus, in qui- „ bus juriſdictio ipſi Epiſcopo à Concilio Tri- „ dentino tributa eſt ; illaque revocata, caſſa- „ ta, irrita & annullata decernimus.

Anno 1591.

Decretum Pontificis.

„ Mandantes eidem Decano & Capitulo, „ quatenùs dicto Epiſcopo tamquam Patri & „ paſtori animarum ſuarum humiliter intenden- „ tes, ac exhibentes ſibi obedientiam ac reve- „ rentiam debitas, ejus ſalubria monita & „ mandata ſuſcipiant humiliter, & efficaciter „ adimplere curent : alioquin ſententiam, quam „ idem Epiſcopus ritè tulerit in contumaces „ ratam habebimus, & faciemus auctore Do- „ mino uſque ad ſatisfactionem condignam in- „ violabiliter obſervari.

Mandatum.

„ Sicque in præmiſſis & ſupradictis omnibus „ & ſingulis ab omnibus cenſeri, ac ita & „ non aliter per prædictos & quoſcumque alios „ Judices, etiam cauſarum Palatii apoſtolici „ auditores & S. R. E. Cardinales etiam *de* „ *latere* Legatos, ſublatâ eis & eorum cuili- „ bet aliter judicandi & interpretandi facultate „ & auctoritate, judicari & definiri debere : „ irritum quoque & inane, ſi secùs ſuper his „ à quoquam quâvis auctoritate ſcienter vel „ ignoranter contigerit attentari.

Interdictum, nè ſecùs judicetur.

„ Et nihilominùs venerabilibus Fratribus „ noſtris Archiepiſcopo Mechlinienſi & Buſ- „ coducenſi & Gandavenſi Epiſcopis per „ præſentes præcipimus, quatenùs ipſi, vel „ duo aut unus eorum per ſe vel alium ſeu „ alios præſentes litteras & in iis contenta

Executores.

Anno 1591.

„ hujuſmodi, ubi & quando opus fuerit, ac „ quoties pro parte moderni ac pro tempore „ exiſtentis Epiſcopi Antverpienſis præfati fue- „ rint requiſiti, ſolemniter publicantes, eidem- „ que efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, „ faciant auctoritate noſtrâ à Decano & Capi- „ tulo prædictis & omnibus aliis, quos eædem „ litteræ & in eis contenta ipſa quomodolibet „ concernunt & concernent in futurum, invio- „ labiliter perpetuò firmiter obſervari; non „ permittentes modernum & pro tempore exiſ- „ tentem Antverpienſem Epiſcopum deſuper per „ Decanum & Capitulum prædictos, ſeu ali- „ quem ex illis quomodolibet indebitè moleſ- „ tari; contradictores quoſlibet & rebelles per „ ſententias, cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas „ aliaque opportuna juris & facti remedia, „ appellatione poſtpoſitâ compeſcendo: nec „ non legitimis ſuper his habendis ſervatis pro- „ ceſſibus ſententias, cenſuras & pœnas ipſas, „ etiam iteratis vicibus aggravando, invocato „ etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii „ ſecularis.

Secluſis exceptionibus.

„ Non obſtantibus litis-pendentiis & ALEX- „ ANDRI, ADRIANI, LEONIS Prædeceſſorum „ noſtrorum privilegiis deſuper emanatis: qui- „ bus omnibus, etiamſi de illis eorumque to- „ tis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua & „ expreſſa ac de verbo ad verbum, non au- „ tem per clauſulas generales idem importantes, „ mentio ſeu quævis alia expreſſio habenda, „ aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſer- „ vanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de „ verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, „ inſererentur præſentibus, pro ſufficienter ex- „ preſſis habentes, auctoritate & tenore „ prædictis ſpecialiter & expreſſè derogamus „ contrariis quibuſcumque. Aut ſi Decano,

„ Capi-

„Capitulo & aliis perſonis Eccleſiæ hujuſmodi „vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim „ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, „ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per „litteras Apoſtolicas non facientes plenam & „expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto „hujuſmodi mentionem.

Anno 1591.

„Volumus autem, quod præſentium tranſ- „ſumptis, etiam impreſſis & manu alicujus „Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus „perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ „obſignatis, eadem prorſus fides adhibeatur, „quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhi- „bitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ in monte „Quirinali ſub annulo piſcatoris die XX. julii „1591. Pontificatûs noſtri anno primo."

Hanc Bullam Epiſ. exhibet Capitulo.

Cum Epiſcopus Torrentius hanc Bullam recepiſſet & deſuper placêtum Regium obtinuiſſet, eam exhibuit Capitulo ſuo Cathedrali: ſed cum Epiſcopus in vim illius univerſâ juriſdictione uti vellet, objecit illi Capitulum juramentum, quod præſtiterat adiens poſſeſſionem. Zypæus, qui hoc indicat, *lib. I. de Officio Ordinarii pag.* 40., exhibet formulam juramenti, quod Epiſcopus præſtiterat, unde eam ſubjungo.

Capitulum objicit illi ſuum juramentum.

Formula juramenti

„Juro &c. & libertates, privilegia, exemp- „tiones nec non conſuetudines præſcriptas, & „jura omnia & ſingula Decano & Capitulo, „quibus temporibus reverendiſſ. Dominorum „Cameracenſ. gaviſi & uſi ſunt, obſervare, „nulloque modo infringere, neque in præju- „dicium illorum aliquid attentare; ſalvis per „omnia Decretis & conſtitutionibus ſacri gene- „ralis Conc. Trid., cæteraque omnia facere, „quæ catholicum Epiſcopum & bonum Paſto- „rem decent. Sic me Deus &c."

Epiſco-

Anno 1591.

Cong. Cardinaliũ cenſet juramentum obſervandum

Epiſcopus autem cenſens hoc ſuum juramentum non obſtare, quin juxtà præmiſſam Bullam uteretur univerſâ juriſdictione non obſtantibus Capituli privilegiis &c., rem detulit ad congregationem Cardinalium; quæ cenſuit id juramentum diligenter eſſe cuſtodiendum atque obſtare Epiſcopo, quominùs juriſdictionem, quæ legitimè ante erectionem quibuſdam in caſibus Capitulo competebat, ſibi vendicaret: illis dumtaxat caſibus exceptis, in quibus per Concil. Trid. Decreta Epiſcopo tributa eſt Juriſdictio, quæque in formula juramenti exhibita, ipſi Epiſcopo præſervantur. Ita *Zypæus* loco citato.

Quoad juramentũ Epiſc. Attrebatenſis cenſuit contrarium.

Videmus in ſimili caſu à ſacra Congregatione declaratum, juramentum Epiſcopi non officere Epiſcopo, quominùs utatur plenâ juriſdictione, nempè in ſimili cauſa inter Epiſcopum Atrebatenſem & Capitulum ejus Cathedrale. Bulla URBANI PP. VIII. approbans dictam Cardinalium declarationem refertur apud Miræum *Dipl. Belg. Tom. II. pag.* 1112. Ex ea autem colligitur hæc diſparitas, quod exemptio Capituli Atrebatenſis non eſſet ex privilegio Pontificio, ſed ſolùm ex concordia quondam inita inter Atrebatenſem Epiſcopum ejuſque Capitulum; cum exemptio Capituli Antverpienſis eſſet ex privilegio immediatè à Pontifice conceſſo aut confirmato.

Quæſtio quid per juramentum præſervaretur Epiſc.

Itaque ſacra Congregatio cenſuit juramentum Epiſcopi obſervandum, & obſtare, quominùs plenâ juriſdictione uteretur Epiſcopus: adeoque quæſtio ultrà non erat de relata Bulla Pontificia, quæ jam ceſſabat; ſed tantùm quænam Decreta Conc. Trid. in formula prædicti juramenti Epiſcopo præſervarentur per clauſulam *ſalvis per omnia &c.*

Cum

Cum autem Epiſcopus per dictam clauſulam crederet omnia Decreta Concilii ſibi præſervari, prolixum *Memoriale* deſuper miſit ad Sacram Congregationem, in quo iſtam ſuam opinionem pluribus conatur probare. Memoriale illud refert Zypæus loco ſuprà citato, unde illud ſubjungo. Anno 1591. Memoriale Epiſcopi deſuper ad ſacram Congregationem

„ Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi Domini Tota „ prætenſa exemptio & juriſdictio, quam Ca„ pitulum Antverp. prætendit, Decretis Concil. „ Triden. obviat; & propterea intrat exceptio „ in prætenſo juramento Epiſcopi reſervata: „ privilegium enim ALEXANDRI eximit Capitu„ lum, Vicarios, Capellanos, Beneficiatos „ alioſque ſervitores & perſonas à juriſdictione, „ viſitatione & poteſtate etiam in caſu *c. volen„ tes de privil. in 6.*, ut non poſſint conve„ niri coram Epiſcopo Cameracenſi. LEO X. „ extendit hanc exemptionem etiam ratione po„ puli; ita quòd ejus occaſione coram Ordina„ rio trahi non poſſint, ac etiam ratione do„ mûs mortuariæ alicujus ſuppoſitorum Capi„ tuli. Inſuper in eodem privilegio datur po„ teſtas deputandi confeſſarios & abſolvendi à „ caſibus Epiſcopo reſervatis; ac inſuper dandi „ dimiſſoriales de promovendo etiam extrà tem„ pora.

„ PRIMÒ igitur viſitatio tam Capituli ipſius „ Cathedralis, quàm reliquarum Eccleſiarum & „ locorum Diœceſis, Epiſcopo tribuitur in „ cap. 4. ſeſſ. 6. & cap. 3. ſeſſ. 24., nec in hoc „ Capitulum oſtendit habere aliquod jus viſi„ tandi.

„ SECUNDÒ: Cognitio cauſarum criminalium „ contrà perſonas Capitulares ex cap. 6. ſeſſ. 25. „ Epiſcopis cum adjunctis demandatur.

„ TERTIÒ. Quo verò ad cæteras perſonas „ de Eccleſia Cathedrali, quæ non ſunt de

„ Capi-

Anno 1591. „ Capitulo, ſubjectio ſoli Epiſcopo datur in §.
„ *quo verò dict. cap. 6. & in cap. 20.* §. *ad hac*
„ 1. *ſeſſ. c. 24.* Ideoque circà cauſas criminales
„ ceſſat omnis exemptio, data Capitulo & per-
„ ſonis de Eccleſia per litteras ALEXANDRI &
„ LEONIS.

„ QUARTÒ. Cognitio cauſarum civilium contrà
„ perſonas de Eccleſia in prima inſtantia Capi-
„ tulo non competit per *cap.* 20. *ſeſſ.* 24., ubi
„ omnes cauſæ fori eccleſiaſtici in prima inſtan-
„ tia coram Epiſcopo tractandæ. Quod Decre-
„ tum licèt dicat de Ordinariis locorum, ta-
„ men de Epiſcopis intelligit; quia de jure
„ ſolus Epiſcopus eſt ordinarius in loco. Nec
„ poteſt Capitulum prætendere ſe eſſe Ordina-
„ rium inferiorem; tum quia in privilegiis hæc
„ juriſdictio ſoli non datur, tum quia ſi dare-
„ tur privilegium, remanſit revocatum in erectio-
„ ne Epiſcopatûs: ob quam revocationem de-
„ ſinit eſſe Ordinarius, & amiſit omnem ju-
„ riſdictionem ſi quam habebat, ut aliàs Sacra
„ Congregatio per tres conformes ſententias de-
„ finivit: unde non poteſt Decretum Concilii
„ comprehendere Capitulum, quod non eſt
„ ampliùs Ordinarius.

„ QUINTÒ. Pari modo ſequitur, quod juriſ-
„ dictio cauſarum civilium contrà Clerum ad
„ forum eccleſiaſticum ſpectans ſoli Epiſcopo
„ competit, nec circà id Capitulum oſtendit
„ ſibi aliquam juriſdictionem competere.

„ SEXTÒ. Idem multò fortiùs in cauſis Cri-
„ minalibus & Matrimonialibus Cleri & totius
„ Diœceſis Antverpienſes ex dicto §. *ad hac*,
„ ultrà quod nec in iſtis Capitulum habet ju-
„ riſdictionem aliquam ex privilegiis.

„ SEPTIMO. Idem ſequitur tam in civilibus
„ quàm criminalibus quoad caſus comprehenſos
„ in dict. *cap. Volentes* renovato in *Capit. ſeptimo*

„ *ſeſſ.*

„ ſeſſ. 14. : adeò quòd univerſalis juriſdictio „ judiciaria tam in Capitulum quàm in Clerum „ ſoli Epiſcopo ex Decretis Concilii com„ petat. Anno 1591.

„ OCTAVO. Quoad curam comprehenſam in „ dict. *cap.* 18. *ſeſſ.* 24. ſumus in claris ; ita „ quod perſonæ , quæ à Capitulo deputantur „ ad exercendam curam animarum , tam in „ Eccleſia Cathedrali , quàm in reliquis paro„ chialibus eidem Cathedrali ſubjectis , debent „ per Epiſcopum prævio examine approbari „ juxtà *cap.* 18. , ejuſque juriſdictioni & viſi„ tationi ſubjacent juxtà *cap.* 7. *ſeſſ.* 7. Et dum „ privilegium Leonis eximit perſonas à Capitulo „ deputatas pro exercitio curæ , quatenùs delin„ quatur circà dictam curam , id pariter ex „ *ſeſſ. d.* & *c.* 11. *ſeſſ.* 25. *de Reg.* ſublatum „ eſt per Conc.

„ NONÒ. Juriſdictio ratione domûs mortuariæ „ ſuppoſitorum Capitulo in privilegio Leonis „ conceſſa pariter ſublata eſt per Conc., quia „ hoc non eſt de juriſdictione cauſarum civi„ lium.

„ DECIMÒ. Facultates concedendi dimiſſoria„ les extrà tempora , in dicto LEONIS privile„ gio datæ , tolluntur in *cap.* 10. *ſeſſ.* „ 23.

„ UNDECIMÒ. Facultas deputandi confeſſa„ rios & abſolvendi in caſibus reſervatis , in „ eodem privilegio data , tollitur in *cap.* 7. „ *ſeſſ.* 14.

„ DUODECIMÒ. Facultas deputandi magiſtros „ ſcolarum , & juriſdictio in ſcolis & ſcola„ ribus ſoli Epiſcopo , non Capitulo com„ petit ex *cap. primo* , *ſeſſ.* 5. *cap.* 18. „ *ſeſſion.* 23."

Ita refert Zypæus MEMORIALE Epiſcopi exhibitum Sacræ Congregationi. Sacra autem Con-

gregatio

Anno 1591. gregatio ad illud demùm reſolutionem ſuam dedit 16. maii anno ſequenti, ut infrà dicetur.

1592. Bellum hujus anni. Quinque primis anni 1592. menſibus agebat Parmenſis in Galliâ pro fœderatis contrà Navarræum. Sub finem menſis maii rediit in Belgium; ubi reditus ejus pluſquam neceſſarius erat; licèt Hollandi atque Regii, æquè in exitum Belli Francici intenti, ibidem nullam hactenùs expeditionem alicujus momenti invicem moverant. Dein fœderati, cum 28. maii cœpiſſent obſidere Steenwicam Tranſiſulaniæ Urbem, eam obtinuerunt 5. julii. Non multò poſt Regii Præfecturam inſignem ditionis Heſdinienſis apud Artheſios obtinuerunt. Mandragonius Arcis Antverpianæ Præfectus medio circiter menſe julio caſtrum Weſterloum, magnum campiniæ Brabantiæ flagellum, obſidet & 18. ejuſdem deditione accipit. Similiter 20. ejuſdem menſis Turnhoutanam Arcem & poſtridiè per ſuos Bergheicanam. Intereà obtinent fœderati Oetmarſum oppidulum in Twenta ſitum: dein menſe auguſto exercitum movent Covordiam in Tranſiſulania ſitam, quam 12. ſeptembris obtinent. Deinde oppidum Lingam tentant fruſtrà.

Leproſarium Ter zieken obtinet locū fixum in civitate. Moniales Leproſarii dicti *ter Zieken*, quarum primam memoriam ſuprà vidimus ad an. 1231., quæque fundatæ fuerant in ſuburbio extrà portam S. Georgii ad dexteram ſtratæ & viæ quæ ducit in Wilryck è regione loci, ubi nuper morte plexi exponebantur, vulgò *het Galge-velt*, ibidem manſerant uſque ad annum 1575., quo fugientes infeſtationes tumultuantium heterodoxorum in civitatem ſe receperunt. In civitate autem primò habitârunt retrò S. Georgii, dein aliis & aliis locis, donec tandem hoc anno 1592. obtinuerint locum amplum & com-

modum

modum ad planitiem Caſtri in platea *de Lepelſtraet* : ubi extruxerunt ſplendidum monaſterium & eccleſiam, cum infirmaria ampla ſatis pro Leproſis, quos alunt. In hoc autem loco perſeverant uſque in hodiernum diem in regulari obſervantia. Anno 1592.

Sacra congregatio Cardinalium interpretum Conc. Trid. hoc anno 16. maii reſponſum ſeu reſolutionem dedit ad *Memoriale* ſuprà relatum, quod Epiſcopus Antverpienſis nuper Romam miſerat in cauſa contrà capitulum ſuum cathedrale circà juriſdictionem. Reſolutionem iſtam refert Zypæus loco citato *pag.* 41. hoc modo.

Reſponſum Cardinalium ad Memoriale Epiſ. Antv.

„Illuſtriſſimi Patres ita cenſuerunt. Quamvis „privilegia Capituli ſint revocata per erectio„nem iſtius Eccleſiæ in cathedralem : tamen „cum Capitulum fidem exhibuerit juramenti ab „amplitud. T. præſtiti de iiſdem privilegiis ob„ſervandis ; ab ea juriſdictione, quæ vigore „privilegiorum competit, abſtineas, donec „Cong. compertum fuerit Amplitud. T. tale „juramentum minimè præſtitiſſe.

„Verùm fas eſſe duxerint, eam abs te ju„riſdictionem exerceri, quæ tibi à Conc. Trid. „non obſtantibus privilegiis eſt tributa ; cum „ipſe Decreta Conc. in juramento expreſſim „exceperis.

„Cum autem quæſitum eſſet, quinam eſſent „caſus in clauſula reſervationis excluſi, in qui„bus à Conc. Trid. Amplitud. T. tributa eſt „juriſdictio, Cong. ad ſingula, quæ in Li„bello proponuntur, ordine reſpondit.

„Nempe ad cap. 2. & 3., utique caſus „eſſe comprehenſos ſub clauſula præſervatio„nis ; & ideò Amplitud. T. non excludi jura„mento ab hujuſmodi juriſdictione, niſi Capi„tulum haberet, ut prætendit, privilegium

„& conſue-

Anno 1592. „ & conſuetudinem immemorialem, quorum
„ alterum à Sede apoſtolica ex certa ſcientia &
„ cum cauſæ cognitione eſſet confirmatum. In-
„ terim verò donec de confirmatione & de im-
„ memoriali conſuetudine conſtet per tres con-
„ formes ſententias, Amplitud. T. debere uti
„ hujuſmodi juriſdictione.

„ Ad 4. & 5. Ipſam excludi à cognitione
„ cauſarum civilium in prima inſtantia vigore
„ juramenti; quatenus ad Capitulum legitimè
„ pertineat cognitio cauſarum civilium.

„ Ad 6. Facultatem cognoſcendi de cauſis
„ criminalibus & matrimonialibus non obſtante
„ juramento ad te pertinere; cùm illa tibi
„ tributa ſit per Decretum ipſius Concilii: niſi
„ Capitulum immemorialem conſuetudinem ha-
„ beret: Sed donec ea per tres conformes ſen-
„ tentias probaverit, Amplitud. tua eâ uta-
„ tur.

„ Ad 7. Habere ſe facultatem in caſibus
„ comprehenſis in *c. Volentes* per Conc. inno-
„ vato.

„ Ad 8. De iis, qui deputantur à Capi-
„ tulo ad exercendam animarum curam, ita
„ prorſus debere ab Amplitud. T. approbari,
„ & ſuæ ſubjacere viſitationi & correctioni, tam
„ in eccleſiis unitis juxtà *cap.* 7. *ſeſſ.* 7. quàm in
„ aliis curatis juxtà *cap.* 11. *ſeſſ.* 25. *de Reg.*

„ Ad 9. Reſpondit hujuſmodi juriſdictionem
„ non eſſe ablatam Capitulo per Concil.: &
„ ideo eam tibi exercere volenti obſtare jura-
„ mentum.

„ Ad 10. Facultatem concedendi dimiſſoriales
„ litteras Capitulo ademptam eſſe Decreto *cap.*
„ 10. *ſeſſ.* 24.

„ Ad 11. Itidem eſſe ſublatam facultatem
„ deputandi Confeſſarios, & ideo hodie Amplit.
„ tuæ tantùm competere.

„ Ad

„ Ad 12. reſp. Facultatem Capituli deputandi „ hujuſmodi magiſtros non eſſe ſublatam, ideoque ad Capitulum ſpectare; dum tamen ei aliàs legitimè tributa fuerit. De quibus &c. „ Signatum erat Cardin. Matthæius." Anno 1592.

Sic ſonant reſolutiones Cardinalium ad ſuprà relatum Memoriale Epiſcopi Antverpienſis contrà Capitulum ſuum Cathedrale. Verùm cùm in dictis reſolutionibus tam multa relinquerentur indeciſa & dubia, ad quorum terminationem requirerentur diuturnæ & ſumptuoſæ lites; ad eas evitandas & pro bono pacis faciùs judicârunt partes amicabiliter convenire, prout hactenùs convenerunt.

Terminatur diſſenſio.

Diœceſis Cameracenſis celebraverat Dedicationem Eccleſiæ cum feſto in populo; ut patet ex ſynodo Cam. an. 1550. *edit Pariſ. an.* 1551. *pag.* 148.; ſic & Antverpia dedicationem, cum ea obſervaverat quotannis 15. julii uſque ad annum 1570., quo prima Synodus Provincialis Mechlinienſis, ſubſtitutis aliis, feſtum illud abrogavit. Tunc Antverpia propriâ pietate perſeveravit illud celebrare, non 15. julii, ſed annuè feriâ ſextâ: obſervavit autem hoc uſque in hunc annum 1592., quando, vel ob nimiam multitudinem feſtorum vel quia feria ſexta dies erat ordinarii fori, Capitulum decrevit 17. junii Dedicationem celebrare dominicâ tertiâ julii, quod hodie obſervatur. Et ſic per totam diœceſim Parochialium eccleſiarum Dedicationes celebrantur in dominica.

Feſtum Dedicationis Eccleſiæ transfertur in Dominicam.

Cum ex hæreſi pullulet omne malum, diverſæ hæreſes, quæ hìc tanto tempore graſſatæ fuerant, has regiones etiam infecerant & impleverant omni genere ſuperſtitionum & magiarum. Contrà quaſdam ſpecies jam inde egerat Epiſcopus Sonnius in Decretis Synodalibus à ſe editis anno 1576. Et quidem ad eas extirpandas

Graſſantur hic ſuperſtitio & magia.

Anno 1592.

imploraverat auxilium brachii ſecularis : ſiò enim loquitur Articulo de ſuperſtitionibus *cap. III.* „ Rogamus Magiſtratus omnes, ut hoc malum „ è tota republica extirpent , & nè nomen „ quidem tolerent ; jubeantque omnes, qui „ ſuper eventibus futuris & quibuſvis ſecretis „ reſponſa dant , in exilium agi ; atque eos „ qui tales conſulunt , graviter puniant : nam „ & hi , ut eſt Levitici Cap. 19. , turpiter „ polluuntur. Quare mandamus Paſtoribus noſtris „ nè eos , qui ejuſmodi publicè conſuluerunt , „ abſolvere tentent , abſque publica pœnitentia. „ Et *Cap.* IV. Incantatores & qui carminibus „ ſuis mira machinantur , adeò ut etiam animos „ hominum faſcinare ſe dicant , multò erunt „ ſeveriùs à Magiſtratibus profligandi." De execrabili more jurandi extirpando etiam monet Magiſtratus Cap. V.

Ediƈtum Regium deſuper

Cum autem malum hoc non minueretur, ſed indies augmentum caperet , prodiit hoc anno 20. julii regium Ediƈtum , in quo Princeps requirit Epiſcopos , ut moneant Paſtores, quatenùs dehortentur populum ab omni ſpecie ſuperſtitionum & magiarum hìc graſſantium : & mandat officiariis & juſtitiariis laïcis , ut allaborent ad malum iſtud extirpandum. Cum autem Princeps in illo Ediƈto ſpecificè indicet plurimas ſpecies ſuperſtitionum hìc graſſantium , à quibus populus debeat dehortari , cavet nè per nimìs ſpecificas dehortationes populum doceant modos quibus exercentur ſuperſtitioſa aut magica : ſic enim loquitur in ipſo Ediƈto , quod refertur in noviſſima Colleƈtione Synodalium anni 1680. Antv. Plant. *pag.* 389.

Cavet nè per monitiones doceantur.

Et neantmoins voulans bien preadvertir tous, que comme une partie de innocence eſt nè ſçavoir les pechez (tant eſt fragile la natuere humaine) que noſtre intention eſt , que quant les diƈts

Paſteurs

Paſteurs & Predicateurs exhorteront le peuple d'eux garder de ſemblables crimes deteſtables, il nè ſera beſoing ſpecifier aucuns d'iceux par quelque demonſtration ou explication, par où le peuple pouroit apprendre comme ces impoſtures ſe font, ou mettre les auditeurs en quelque curioſité de le vouloir ſçavoir: mais dire en termes genereaux, que touts ces choſes & ſpecialement les plus frequentes ſont actes diaboliques, damnez & reprouvez de Dieu, inventions des eſprits malings pour perdre & damner perpetuellement les perſonnes: Vous declarans, que ce que les avons icy particularizé, eſt ſeulement pour inſtruction des Juges, quant ſemblables malfaicteurs vient en leur mains.

Anno 1592.

Monitum hoc ſalutare ſemper obſervandum eſt omnibus prædicatoribus & confeſſariis, tam in hac quàm in alia quacumque materia, notanter in peccatis luxuriæ.

Epiſcopus inſtituit Catechiſmum.

Quia juventus tempore turbarum non ſic inſtrui potuerat in principiis Religionis prout conveniebat, inde immorigera erat & inſtructiones negligebat. Hinc Epiſcopus Torrentius cum aliis eccleſiaſticis, huic malo remedium quærens, commodis diebus & horis inſtituit hoc anno Catechiſmum, non tantùm in quinque Parochiis, ſed etiam in præcipuis hujus civitatis Capellis.

Mandatum Senatus deſuper.

Senatus autem ſalutari huic inſtitutioni allaborans mandatum vulgavit datum ultimâ junii, quo mandabat omnibus Ludimagiſtris utriuſque ſexûs, parentibus, tutoribus atque magiſtris quatenùs diſcipulos, filios, filias, pupillos & alios juvenes, quos ſub ſua cura habebant, ad prædictum Catechiſmum ducerent, ibidemque decenter continerent. Conſtat ex iterato Senatûs mandato deſuper anno ſequenti dato & ſuo loco referendo.

Anno 1592. Monſales Præmonſtratenſes Vallis Liliorum fundatæ olim in Humbeke propè Mechliniam, ibidem perſeveràverant uſque ad annum 1580. quo, monaſterio ſuo devaſtato per turbulentos heterodoxos, Mechliniam confugerunt. Ibidem autem hactenùs manſerant ſine domicilio fixo. Quod continuò quærentes tandem ſibi commodum judicàrunt Refugium Abbatiæ S. Michaëlis Antverpiæ, eumque à *Dioniſio Feyten* ejuſdem Abbate demùm obtinuerunt hoc anno 1592. titulo emptionis, litteris deſuper confectis ult. ſeptembris. Ibidem autem ſplendidum monaſterium conſtruxerunt, in quo uſque in hodiernum diem perſeverant. Gram. *L.* 3. *rer. Mechl. ſect. X.* & Van Geſtel *Hiſt. Mechl. pag.* 85.

Abbas S. Michaëlis vendit Refugium Mechliniæ.

Ad conſtruendam Abbatiā Vallis Liliorum.

Dux PARMENSIS Belgii Gubernator, dudum valetudinarius, tertiam in Franciam adornans expeditionem, 13. novembris hujus anni Bruxellâ diſceſſit, & 16. Atrebatum venit, ubi cum quatuordecim diebus moram traxiſſet, ingraveſcente morbo obiit 3. decembris. Hic, inquit Haræus, univerſam Belgicam pacare & Regi ſuo reſtituere potuiſſet, nî catholicam in regno Galliarum fidem magni Ducis operâ tueri, quàm ſuas ſibi Povincias denuò acquirere Rex verè Catholicus maluiſſet.

Dux Parmenſis Belgii Gubernator moritur.

Petrus MANSVELDIUS à Rege per interim ſuffectus eſt Gubernator Belgii.

Manſveldius Gubernator Belgii.

1593. Anno 1593. cum præcipuæ tum Regiorum, tum fœderatorum copiæ belgicæ agerent in Gallia, Belgium totum iterum bello ardet; nuſquam coloni in pagis, numquam nobiles in ſuis arcibus tuti erant, multò minùs viatores: ſed quoſcumque volebant ſpoliabant, capiebantque prædones milites. Hinc agri inculti, omniaque commercia oppreſſa. Huic malo qualecumque remedium fuit, ut quocumque vel hi vel illi hoſtilia ſigna propter vicinitatem inferre poſſent,

Bellum hujus anni.

poſſent, ibi incolæ ſingulis menſibus tributum penderent hoſti viciniori. Et ex hujuſmodi tributo, inquit Haræus, magnam exercitûs partem alebant Ordines Hollandici. Quare tributum iſtud Manſveldius conatus eſt impedire, ſed fruſtrà. Inſuper 25. julii Ordines diu oppugnatam obtinent Gertrudenbergam, & eodem menſe Waſiam in Flandria vaſtant ac ex ea prædam auferunt. Sed vice verſâ 17 aug. Hollandorum equitatui Regii magnam cladem circà Trajectum ad moſam intulerunt, & 13. ſeptembris Ootmarſum obtinuerunt, & Goeningam tendunt ac plura propugnacula in via vi occupant. Anno 1593.

Cum poſt reductam civitatem templa omnia & monaſteria per heterodoxos devaſtata reſtauranda eſſent & ornanda, tota civium pietas eò ferebatur; ita ut nè mentio quidem eſſet novarum fundationum. Præeunt hoc anno Eleëmoſynarii, ut populum excitent ad novas pro pauperibus fundationes: refertur enim, quod ipſi hoc anno fundaverint viâ *de Lepel-ſtraet* pro ſedecim mulierculis Gerontocomium ſub titulo S. Elizabethæ, quod hodieque ſubſiſtit. Nec exemplum fruſtraneum fuit, plurima enim deinceps, ut infrà dicetur, & gerontocomia & monaſteria fundata ſunt in hac civitate. Eleëmoſynarii fundant gerontocomium S. Eliſabeth.

Senatus etiam pietati intendens, hoc anno in Mera, præcipuo civitatis loco, erexit ligneam Crucem in loco, ubi per ſeditioſos ſectarios anno 1580. dejecta fuerat ferrea. Inſcriptionem conſervavit F. Sweertius *mon. ſepul. pag.* 41. hoc modo. Crux in mera reſtituitur.

Sacroſanctam Salvatoris crucifixi Imaginem cum baſi S. P. Q. A. reſtituit CIƆ. IƆ. XCIII. *kal. febr.*

Hoc anno allatæ ſunt Antverpiam Reliquiæ S. Fredegandi, qui putatur religioſam vitam tranſegiſſe in *Deurne* in monaſterio, quod Reliquiæ S. Fredegandi.

S 3 ibidem

Anno 1593.

ibidem ſeculo IX. deſtructum creditur in Nortmannica devaſtatione. Deſuper leguntur in Actis Capituli hæc, quæ prout communicata ſunt ſubjungo.

Allatæ Antv.

„ Ultimâ julii in præſentia Lævini Torrentii „ Epiſc. Antv., Decani & Capituli Antv. D. „ *Henricus Cuſterus* Paſtor ejuſdem Eccleſiæ ex„ hibuit ciſtam clauſam continentem Reliquias „ S. Fredegandi, quas attulerat ex Abbatia S. „ Bertini in opido S. Oudomari, coram illis „ aperta fuit & viſitata; & inventis in ea ali„ quot oſſibus eam iterùm clauſerunt & ſigillis „ ſuis munierunt."

Cum teſtimonio inventionis.

Cuperus *Act. SS. tom. IV. julii*, ubi latè agit de S. Fredegando & examinat, quæ de iſto ſancto inquirenda ſunt, *pag.* 291. *n.* 11. addit in dictis Capituli Actis ad hunc annum *fol.* 256. præmiſſis ſubjungi ſequentia. „ Exhibuit idem Do„ minus Coſterus teſtimoniales per notarium „ publicum, per quas Religioſi ſancti Bertini „ teſtantur, quo pacto illud corpus, quod „ attulit, inventum fuerit in ſancto Bertino „ tempore Domini Gerardi d'Hamericourt primi „ Epiſcopi (*ab an.* 1592.) Odomarenſium, ex„ iſtentis Abbatis in ſancto Bertino."

Ex ſynopſi vitæ.

Addit idem Cuperus *fol.* 293. *n.* 20. *in iiſdem Actis pag.* 257. referri ſequentia: „ Exhibuit „ etiam Dominus Coſterus quandam vetuſtam „ papyrum manuſcriptam laceram, quam ſe „ accepiſſe dicebat quondam ex Antverpia miſ„ ſam ad ſuum monaſterium, quo tempore „ aſſerebant ab Antverpienſibus ſimiliter ab eis „ fuiſſe requiſitas Reliquias, cujus copia ſequitur:" Copia iſta continet vitam quandam ſeu Acta S. Fredegandi, quæ ad longum refert & notis illuſtrat Cuperus loco citato *pag.* 295.

Examinantur

Itaque allatæ ſunt Reliquiæ S. Fredegandi à D. Cuſtero Paſtore cathedralis Antv.: Paſtores in

illa

illa Eccleſia tunc dicebantur duo, qui ſub Plebano, qui erat Canonicus & principalis Paſtor, paſtoralia exercebant. Allatum eſt teſtimonium notariale inventionis corporis; allata eſt & vita ipſius ſancti: & interim Reliquiæ iſtæ approbatæ non ſunt, ſed Epiſcopus & Capitulum, cum omnia examinâſſent, allatam ciſtam iterum clauſerunt & ſigillis ſuis munierunt. Apparenter quòd teſtimonium de invento corpore non ſatis teſtaretur, inventum corpus verè eſſe S. Fredegandi. Anno 1593.

Tranſactis poſt hæc ultrà octodecim annis Reliquiæ iſtæ iterum examinatæ ſunt per Epiſcopum J. MIRÆUM (qui Epiſcopatum adivit an. 1611. & rexit uſque 1633.) at nec ipſe reliquias iſtas approbavit, quin potiùs claudens ciſtam in eandem repoſuit ſcriptum, quo prohibet, nè dictæ Reliquiæ venerationi publicæ exponantur, donec de earum veritate planè conſtet. Scriptum iſtud in ipſa ciſta inventum eſt anno 1715., quando Paſtor in *Deurne* à Decano & Capitulo dictæ Cathedralis quaſdam S. Fredegandi Reliquias expetierat, quas conſequenter non obtinuit. Refert hæc dictus Cuperus ibid. n. 11.

Non approbamur.

Aſſerit idem Cuperus n. 8. S. Fredegandum Antverpiæ in Eccleſia B. Mariæ habuiſſe Sacellum nomini ſuo conſecratum, jam communiter S. Urſulæ vocatum; idque propter Breve Pontificium ibidem conſervatum, quo, inquit, conceduntur indulgentiæ ad viginti annos valituræ *univerſis Chriſti fidelibus... qui... Capellam S. Fredegandi die natali ejuſdem Sancti* 17. julii... *ſingulis annis devotè viſitaverint.* Si Auctor extractum hoc magìs amplum dediſſet, ſciremus quo anno, à quo Pontifice conceſſæ ſint, num ante, num poſt allatas has Reliquias, & num Capella iſta S. Fredegandi, cui indulgentiæ iſtæ conceſſæ ſunt, verè ſita fuerit in Cathedrali.

Sacellum illius ſancti in Cathedrali.

Anno 1593. Capella, quam dicit hic Cuperus conſecratam fuiſſe nomini *S. Fredegandi* & nunc communiter dici *S. Urſulæ*, dicta fuit *S. Urſulæ* antequam Reliquiæ S. Fredegandi allatæ fuerunt. Patet ex epitaphio Fundatoris ejuſdem capellæ, qui initio hujus anni obiit. Epitaphium illud refert Sweertius *Mon. ſepul. pag. 66.* ſic ſonans.

Fundatur Capella S. Urſulæ.

Virtute, religione ac doctrinâ præclaro D. GASPARO VAN DEN CRUYCE J. U. Doctori, cathed. hujus eccleſiæ Canon. & Sacelli S. URSULÆ fundatori, Mater & heredes mæſt. B. M. Poſſ., cum xx. februarii anno CIↃ. IↃ. XCIII. ætat. ſuæ xl. ad Authorem vitæ migrâſſet. R. I. P.

Antverpia non colit feſtum S. Fredegandi.

Interim meritò notat Cuperus, nec in Breviario proprio eccleſiæ Antverpienſis, impreſſo anno 1496., nec inter officia diœceſana ullam fieri memoriam S. Fredegandi: id enim ſatis mirum eſt, ſi ſemper creditum ſit, eum vixiſſe & obiiſſe in *Deurne*; notanter cum Diœceſis Antverpienſis tam paucos habeat Sanctos, qui in ea ſciantur vitam finiviſſe.

Iteratum Edictum Senatus quoad frequentationem Catechiſmi.

Cum mandatum Senatûs anno præcedenti publicatum, quoad frequentationem Catechiſmi inſtituti per Epiſcopum ad inſtructionem juventutis, hactenùs vix obſervatum eſſet; iteratum deſuper hoc anno vulgavit mandatum magis rigoroſum quàm primum. Subjungo illud ex impreſſo affigibili.

GHEBODEN ende uytgeroepen by myne Heeren Onderſchouteth, Borgermeeſteren, Schepenen ende Raedt der ſtadt van Antwerpen op den xx. *novembris MDXCIII.*

ALSOO de gemeyne welvaert der ſtadt ghelegen is beſunder in de vreedſame eendrachticheyt der vromer ende goeder borgeren, onder de ghehoorſaemheyt der geboden Godts ende der heyliger

heyliger catholijcker roomſcher Kercke , ende behoorlijcke onderdanicheyt tot haer geeſtelijcke en wereltlijcke Overheyt ; waer deur Godt de Heere verweckt wort , om alle langhe voorſpoet te verleenen : ende om tot alſulcken eendrachticheyt ende veurſpoedt te comen ende dien te behouden , eerſt ende voor al van noode is , dat de jonckheyt , als jonghe ende teere ſpruyten ende plantſoenen , wel ende behoorlijck opwaſſe in de kenniſſe ende vreeſe Godts : daer toe niet alleen van Godts weghen , maer oock van natuer weghen al in't ghemeene ende elck in't beſunder , als Gheeſtelijcke ende Wereltlijcke Overicheyt , d'ouders , vaders des huysgheſin , meeſters , vrouwen , peters , meters , momboors ende andere in conſcientie gehouden zijn groote neerſticheyt ende ſorchſuldicheyt te dragen. Anno 1593.

Het welck aenghemerckt , ende dat men ſiet hedenſdaechs de jonckheyt woeſtelijck opwaſſen in alle onbevreeſtheyt ende ongheſchicktheyt ; ſoo dat de kinders haer niet en ſchamen voort-te-ſtellen ende te dryven alle ongheregeltheyt in't roepen , vechten , worpen , loopen ende keiſen , oock onder den tyt van den godtlijcken dienſt , niet alleen tot ſchade van haere ſalicheyt , maer oock tot ſchande ende groot achterdeel van heure ouders , meeſters ende de gheheele gemeynte ; ſoo dat daer over tot diverſche reyſen menichtfuldige clachten zyn gedaen geweeſt. Quia juventus immorigera.

Ende om daer in te verſien , ende te verhueden dat alſulcke ongheſchicktheyt mochte gheweert worden , die heuren oorſpronck is nemende wt dien , dat de jonckheyt niet behoorlijcken onderweſen en wordt in de ſaecken haerer ſalicheyt aengaende , noch geoefent in alle godtvruchticheyt ende gheſtichticheyt : ſoo was in den jaere 1592. by mynen Eerweerdichſten Heere den Instituta Catechiſatio anno praecedenti.

Anno 1593. Biſſchop ende de geeſtelijcke Overicheyt gheinſti-
tueert geweeſt ſekere Catechiſatie ofte chriſtelijcke
onderwijſinghe der jonckheyt , niet alleen in alle
Parochie-kercken deſer ſtadt , maer oock in de
principaelſte Capellen der ſelver : ende was van
s'Heeren ende der ſtadts weghen op den leſten
junii anno 1592. wel expreſſelijcken gheordon-
neert allen ſchoelmeeſters , ſchoelmeeſterſſen ,
ouders ende meeſters , dat ſy heure ſcholieren ,
kinders , ende jonghers ſouden hebben gebracht
ofte in dien ghehadt , dat ſy heur ſouden heb-
ben ghevonden in de voorſz. Catechiſatie met
alder ſebaerheyt ende ſtillicheyt. Maer en is de
voorſz. ordonnantie niet ſoo wel achtervolcht
gheweeſt als't wel behoorde , ende is bevonden
dat den meeſtendeel van de kinders , ende prin-
cipalijck die ſulcks ondewys meeſt van doen
hadden , zyn achterghebleven.

Et hoc anno Dominicis horâ 10. WAEROM SOO EEST dat men ander-
werven condicht ende laet weten eenen yeghelijc-
ken , dat men van nu voortaen alle Sondagen ,
niet alleen in alle de vyf Parochie-kercken deſer
ſtadt , de kercke van S. Michiels ende in de
dry Capellen , maer oock namentlijcken in de
In Parochiis S. Michaëlis & Capellis. Schippers cappelle , S. Eloys capelle ende de
Huyvetters cappelle de voorſz. Catechiſatie ende
chriſtelijcke onderwyſinge der jonckheyt ſal conti-
nueren van den eerſten Sandach van den Ad-
vent toecomende , van den thien uren tot
elven.

Ordonnerende ende ghebiedende daer om , van
Mandatum deſuper. weghen als boven , wel expreſſelijcken allen
ouders , meeſters , vrouwen , momboors ende
generalijcken allen ingheſetenen deſer ſtadt , nie-
manden wtgeſteken , die eenighe kinders , knecht-
kens , meyskens , leer-jongers in heuren laſt
ende koſt hebben , oft houden binnen heuren
huyſe ſlapende oft werckende , dat ſy alle de
ſelve

ſelve heure kinderen, weeſen oft jongeren boven den ouderdom van acht jaeren, min dan ſeſthien, ſullen gehouden weſen met alder diligentie ende ſorchvuldicheyt te doen gaen ende leyden totter voorſ. Catechiſatie ende chriſtelijcke onderwyſinghe. Anno 1593.

Verbiedende oock wel expreſſelijcken allen ouders ende meeſters heure jongers ende kinders gheduerende den tyt, dat de Catechiſatie oft chriſtelycke onderwyſinghe gheſchieden ſal, te laten gaen ſpelen, roepen ende tieren achter ſtraeten; maer de ſelve over de acht jaeren out zynde te doen comen in de voorſz. Catechiſatie, achter-volghende de bevelen boven verhaelt: en op alſulcken pene, amende ende correctie, als myne Heeren naer ghelegentheyt van der ſaecken ſullen vinden te behooren. H. de Moy.

Si mandata hæc hodie innovarentur, etiam fructum copioſum referrent.

Hoc anno in hac civitate 14. martii obijt ROGERIUS DE TASSIS J. U. D., Mechlinienſis, at ut habet ejus Epitaphium *Bergomati familiâ antiquâ & nobili oriundus.* Patrem habuit Joan. Baptiſtam de Taſſis Curſorum ſeu Poſtarum imperante Carolo V. Magiſtrum. Præpoſitus fuit S. Petri Lovanii & conſequenter eo titulo Cancellarius Univerſitatis ab anno 1532. adeoque uſque ad mortem annis 61. Ità aſſerit Vernulæus *Acad. Lov. pag.* 42.; cum ejus Epitaphium tantùm dicat *annis ampliùs quinquaginta.* Hoc fortè magìs veroſimile eſt, quia in Epitaphio & alibi dicitur obiiſſe *octogenarius*; ſi igitur 61. annis fuerit Præpoſitus & Cancellarius, dignitates illas poſſedit anno ætatis 19. & ſi fuerit J. U. Doctor gradus academicos obtinuiſſet tempore quo poſſidebat illas dignitates. Interim titulus J. U. Doctoris, qui ab aliis illi datur, à Vernulæo omittitur. Inſuper fuit

Rogerius De Taſſis Decanus Antverp. moritur.

Anno 1593. fuit Decanus Capituli Antverpienſis ab anno 1545., primus ad hanc dignitatem promotus per nominationem Principis, uſque ad annum 1590, quo, cum liberè Decanatum reſignâſſet, ſucceſſorem in illa dignitate habuit nepotem ſuum *Carolum Maſium* dein anno 1607. Epiſcopum Iprenſem ac demùm Gandavenſem. In Decanatu prædicto reſedit, & *fortis Eccleſiæ ſuæ & Religionis* fuit *propugnator*, ut aſſeritur in Epitaphio: ac certè dura ſuſtinuit tempore tumultuantium calviniſtarum, & notanter anno 1579., quando exiſtens Vicarius Epiſcopatûs ſede vacante cum cæteris eccleſiaſticis eductus per 16. dies in navibus detentus fuit captivus; & dein latâ ſententiâ cum aliis quadraginta tribus eccleſiaſticis è civitate exeſſe debuit, & exulavit per ſex annos uſque ad reductam anno 1585. civitatem. Tempore exilii reſedit Lovanii: an autem poſt reductam civitatem Antverpiam ad reſidentiam redierit non planè conſtat. Interim Antverpiæ obiiſſe refertur, & ſepultus eſt ibidem apud Bogardos. Celebris etiam fuit obitâ pro Rege Hiſpaniarum ad Pontificem legatione: verùm nullus notat tempus hujus legationis, niſi quod Epitaphium inſinuet eam factam in ferâ ætate. Epitaphium illud, quod legitur apud Bogardos ad partem borealem ſummi altaris refert Le Roy *Not. March. pag.* 244. hoc modo.

D. O. M. & P. M.

Epitaphium ejus. *D. Rogerii De Taſſis Bergomati familiâ antiquâ & nobili oriundi, qui Præpoſitum & Cancellarium Lovanienſem annis ampliùs quinquaginta; Decanum Cathedralis Eccleſiæ D. Virginis Antverp. quadraginta quinque egit, fortis ejuſdem & catholicæ Religionis propugnator; obitâ demùm pro Rege Hiſpaniarum ad Pontificem legatione Patriæ redditus & Eccleſiæ octogenarius*

genarius pridiè Id. Mar. deceſſit, magno ſui relicto deſiderio anno MDXCIII. Anno 1594.

Res, inquit Haræus, anni 1594. ſicut & præcedentis variæ ſunt, copiis Belgicis nondum ex Francia reverſis.

Erneſtus Gubernator Belgii. Die 30. januarii ERNESTUS Archidux Auſtriæ, deſignatus à Rege Gubernator Belgii, magnâ omnium lætitiâ Bruxellis excipitur. Tertiâ febr. convocatis ad id Belgarum Ordinibus, diplomà regium exhibet, recipiturque in Gubernatorem Belgii. Dein 14. junii ſolemniter receptus eſt Antverpiæ: quæ receptio deſcripta videtur in *Leone Belgico* & *Bochio*.

Bellum hujus anni. Archidux Erneſtus totus erat, ut, quomodo Belgium ſibi concreditum pacatum reddi poſſet, deſpiceret. Intereà Hollandi Trajectum ad moſam fruſtrà occupare tentant. Dein 7. maii Coevordam obſidione liberant. Groeningam obſident, & interim pacem per Erneſtum peramanter oblatam reſpuunt. Groeningam autem obtinent 22. julii. Intereà Archidux Erneſtus intentus erat componendis ſeditionibus, quas regii milites variis locis excitabant. Dein Franci & Hollandi fruſtrà Lutzenburgum tentant.

Gerontocomium *het Hoef-eyſer.* fundatur. Intereà Antverpiæ MICHAEL CAUWENBERGH exemplum ſecutus Eleëmoſynariorum, qui anno præcedenti primum poſt tumultus Gerontocomium fundaverant, novum extruxit Gerontocomium, dictum *het Hoef-eyſer* propè *Heſſenhuys*, fundavitque pro ſeptem viris & quidem lautiùs, quàm ullum aliud; in quo ſtatu etiam hodie perſeverat.

Caput S. Guilielmi venerationi exponitur. Supra ad an. 1580. vidimus, qualiter ſacrum Caput S. Guilielmi Eremitæ fundatoris Guilielmitarum devenerit ad Carmelitas, & quomodo eodem anno, poſtquam indecenter venum expoſitum fuiſſet, devenerit in manus cujuſdam

Anno 1594. dam hæretici ac dein ſucceſſivè in poſſeſſionem plurium catholicorum laïcorum. Ad annum autem 1586. vidimus, qualiter ſacrum illud pignus per laïcum donatum ſit Collegio Societatis Jeſu.

Verùm ſacrum Caput ibidem delituit per annos ſeptem: poſt quos, cum Patres deſiderarent illud venerationi exponere, Pater *Vincentius de Zeelander*, qui S. Caput anno 1586. obtinuerat ab *Adamo van der Soppen* publico tabellione & accenſo Cameræ pupillaris hujus civitatis, petivit ab eo teſtimonium, quo pateret veritas donationis. Dedit illud teſtimonium *Adamus* per Actum Notarialem confectum 26. octobris 1593., quem refert Henſchenius *Act. SS. tom. II. febr. fol.* 489. *n.* 17. Dein Patres ab Epiſcopo Lævino Torrentio petiverunt approbationem & licentiam S. Caput exponendi publicæ venerationi, quam & obtinuerunt per Diploma, quod apud illos ſervatur, ut aſſerit Henſchenius *n. ibid.* 18., qui illud non exhibet; nec notat menſem aut diem, quo datum eſt. Interim *ibid. pag.* 487. *n.* 12. indicat illud Caput anno 1593. publicæ venerationi expoſitum fuiſſe.

Aſſeritur collegio Societatis Jeſu per Pontificem.

Verùm approbatio hæc Epiſcopi ſeu licentia S. Caput exponendi venerationi ſecuram Patribus non reddebat poſſeſſionem illius theſauri. Timendum enim ſemper erat; nè Guilielmitæ, à quibus occaſione deſtructi monaſterii Marcodurenſis ſublatum fuerat & per Priorem abalienatum & donatum Carmelitis, illud aliquando repeterent. Similiter timendum erat; nè Carmelitæ, à quibus tempore tumultuum injuſtè per heterodoxos ſublatum fuerat, illud repeterent tamquam rem clamantem dominum ſuum.

Hinc

Hinc Patres Romam recurrunt ſupplicantes Pontifici, quatenùs dignetur ſacrum Guilielmi Caput ſibi aſſerere, ſic ut nulli liceat è collegio ſuo illud auferre. Petitum obtinuerunt Patres per Breve Pontificium datum hoc annò 12. martii, quod refert Henſchenius loco citato n. 18., unde illud ſubjungo. In eo autèm Brevi dicit Pontifex ſe intellexiſſe, S. illud Caput poſt vaſtatum monaſterium Marcodurenſe plures annos penes ſeculares perſonas in diverſis locis & præſertim in civitate Antverpienſi latuiſſe; nulla autem fit mentio de Carmelitis. Itaque illud ſubjungo. Anno 1594.

„CLEMENS PP. VIII. ad perpetuam rei „memoriam. Decet Romanum Pontificem in „his auctoritatem ſuam interponere, per quæ „ſacrarum Sanctarum Reliquiarum venerationi „opportunè conſulitur. Bulla ejus deſuper.

„Sanè ſicut accepimus; cum ante annos „quadraginta Marcodura oppidum, in Juliacenſi „Ducatu ſitum, à Cæſaris exercitu per obſi„dionem captum & dirutum eſſet; inſimul „monaſterium quoddam Ordinis Guilielmita„rum, in eodem oppido vel propè illud ex„iſtens, incendio vaſtatum fuit: à quo qui„dem incendio quidam vir pius Caput S. „GUILIELMI Ducis Aquitaniæ liberavit. Cum „autem ſacra hujuſmodi Reliquia plures annos „penès ſeculares perſonas diverſis in locis, & „præſertim in civitate Antuerpienſi, latuerit, „demumque apud quendam civem Antuerpien„ſem reperta, de conſenſu Ordinarii Antuer„pienſis Eccleſiæ Presbyterorum Societatis Jeſu „prædictæ civitatis ab eodem cive donata fuerit, „nuncque in ipſa eccleſia religioſè cuſtodia„tur.

„Nos, nè ex præmiſſis dubium aliquod „oriri pro tempore poſſit, providere volentes, donatio-

Anno. 1594. „ donationemque præfatam approbantes & con„ firmantes, motu proprio & ex certa ſcien„ tia noſtra CAPUT S. GUILIELMI præfati eidem „ eccleſiæ Societatis Jeſu Antuerpienſis auctori„ tate apoſtolicâ tenore præſentium perpetuò „ concedimus & elargimur, & in eadem eccle„ ſia perpetuò conſervari & cuſtodiri, nec indè „ à quoquam quovis prætextu extrahi aut aſpor„ tari, præterquam in publicis proceſſionibus; „ poſſe aut debere volumus; decernimus & „ mandamus: Non obſtantibus quibuſvis con„ ſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac „ ſtatutis & conſuetudinibus, etiam juramento; „ confirmatione apoſtolicâ vel quâvis firmitate „ aliâ roboratis; privilegiis quoque indultis & „ litteris apoſtolicis in contrarium præmiſſorum „ conceſſis; confirmatis, approbatis & innova„ tis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

„ Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo „ piſcatoris die xij. martii MDXCIV. Pontifi„ catûs noſtri III. M. Veſtrius Barbianus."

Veneratio ejus. Poſt obtentum hoc Pontificium Breve manſerunt Patres in pacifica poſſeſſione illius ſacri Capitis; nec ſcitur quiſquam dein reclamâſſe. Et publicè expoſitum fuit in eorum Eccleſia cum publicatione Indulgentiarum conceſſarum ſucceſſivè à variis Pontificibus. Carolus autem Scribanius, qui factus eſt Rector Collegii anno 1598., curavit concinnè eligarterque elaborari argenteam S. Guilielmi ſtatuam, in qua dictum ejus Caput incluſum aſſervatur: ac anno 1621. quando novum marmoreum templum conſecratum fuit, altare, quod eſt in ſuperiori porticu dextri lateris, dedicatum eſt ad nomen & memoriam S. Guilielmi confeſſoris & B. Aloyſii Gonſagæ; ut aſſerit Henſchenius loco citato.

In

In archivis parochialis eccleſiæ S. Georgii aſſervantur litteræ authenticæ, quibus *Suſanna Grammaye* legat Cellæ (*Cluyſe*) eccleſiæ S. Georgii omnia ſua bona & mobilia, ſimul cum reditu 25. florenorum annuè: ſic tamen ut, ſi Recluſæ (*Cluyſenerſen*) poſt ſe cellam iſtam non inhabitarent, reditum prædictum relinquat hoſpitali magno. Litteræ datæ ſunt 25. junii 1594.

Anno 1594.

Recluſa in cella S. Georgii.

Communis olim fuit uſus, quo Recluſæ inhabitarent cellas junctas eccleſiis & ab eis dependentes, ſic ut etiam haberent feneſtras reſpicientes in eccleſiam; ita ut ultrà ſolitariam & piam vitam, continuæ vigiles eſſent, nè quid molirentur prædones aut fures. Uſus iſte jam ferè ubique exolevit. Vidi teſtamentum Godefridi Domini de Breda confecto anno 1246. in quo inter alia pia legata, hæc leguntur: *Mechlinie. Recluſe B. Marie V. ſolidos Lovanienſes. Recluſe B. Rumoldi V. ſolidos Lovanienſes.* An autem prædicta Suſanna Grammaye fuerit ultima in S. Georgii, non liquet. Interim, quia pietas iſta incipiebat flaccеſcere, nè totaliter periret; tam lautum legatum relinquit Cellæ.

Uſus iſte in quibuſdam locis perſeverat.

Recluſæ quondam Mechliniæ.

Ego ab aliquot annis talem cellam vidi ad eccleſiam de *Schaerbeeck* juxtà Bruxellas, quam Recluſa inhabitabat. Poſt hæc primò edità indicatum eſt mihi ultimam Recluſam in Scharbeek fuiſſe *Annam Margaretam van den Broecke* Lovanienſem, quæ anteà fuerat Beggina Lovanii; eamque obiiſſe & ſepultam fuiſſe in Schaerbeeck 31. januarii 1749, ac poſt obitum ejus Cellam iſtam probante Archiepiſcopo fuiſſe deſtructam, quia ſæpè Paſtor per illam vexabatur &c. Fortè in aliis quibuſdam locis uſus iſte perſeverat.

Recluſa in Schaerbeeck.

Anno 1595. Die 17. januarii anni 1595. Rex Franciæ bellum in Regem Hiſpaniæ Philippum omneſque ejus ſubditos denuntiat. Hinc ultrà fœderatos Hollandos novus hoſtis Belgio noſtro imminebat. Utrique Provinciam Luxemburgicam invadunt, & menſe februario & martio inſigniter regionem depopulati ſunt; donec ineunte junio devaſtatâ regione Galli in Franciam & fœderati in Hollandiam reverſi ſunt. Intereà Fœderati 8. febr. arcem Huienſem ditionis Leodienſis ad Moſam ſtratagemate occupant, quam Regii 20. martii expugnando recuperant. Die 14. aprilis inter Regios & Hollandos de pace Middelburgi Zelandiæ agi cœptum eſt, ſed fruſtrà. Interim acre bellum cum Gallis verſùs Cameracum & cum Hollandis verſùs Moſam. Hollandi 14. octobris Liram intercipiunt & templa ſpoliant: ſed Antverpienſes & Mechlinienſes convenientes, pulſis hoſtibus, eam recipiunt. Hanc civitatis Lirenſis liberationem celebravit JOAN. BERNARTIUS J. C. Mechlinienſis edens anno ſequenti Lovanii apud Maſium in 8. *Commentariolum de Lirani oppidi ab Hollandis occupati liberatione.* Similiter rythmis gallicis HENRICUS DE WACHTENDONCK Burgimagiſter Mechlinienſis in libello inſcripto: *La Bellone Belgique.* Anvers 1596. 4., in quo pag. 99. *La prinſe & reprinſe de la ville de Liere.*

Bellum hujus anni.

Lira ſpoliatur

Intereà Archidux ERNESTUS Belgii Gubernator Bruxellis moritur 20. februarii, honorificè ibidem depoſitus & à fratre & ſucceſſore ALBERTO conditus in D. Gudulæ.

Erneſtus Gubern. Belg. moritur.

Succeſſorem in Gubernatione Belgii deſignavit Rex Archiducem ALBERTUM Cardinalem, hactenùs Portugalliæ proregem; qui paratis omnibus Barcenonæ cum viginti ſex triremibus itineri ſe committens, idibus octobris Genuam appulit, inde in Belgium tendens.

Albertus ſucceſſor deſignatus.

JOAN-

JOANNES HAUCHINUS Archiepiſcopus Mechlinienſis obierat 5. januarii 1589., in cujus locum à Rege anno 1590. nominatus fuerat *Guillielmus Alanus* anglus Lancaſtrenſis S. T. D. quem SIXTUS V. an. 1587. in Urbem venientem in numerum Cardinalium cooptaverat. Sed hic, antequam poſſeſſionem adiret, Romæ mortuus eſt 26. octob. an. 1594. Rex dein ad Archiepiſcopatum iſtum nominavit LÆVINUM TORRENTIUM Epiſcopum noſtrum, qui priuſquam omnia ad poſſeſſionem obtinendam curata eſſent & expedita, Bruxellis extremum diem clauſit die 25. aprilis anno hoc 1595. ætatis 70., cum Diœceſim ſuam tamquam verus Paſtor rexiſſit per annos octo, menſes quatuor & dies decem. Anno 1595.

Torrentius Epiſc. nominatur ad Archiepiſcopatum Mechlinienſem.

Moritur.

Sepultus eſt Antverpiæ in Eccleſia ſua Cathedrali: ubi in choro videtur ejus tumba marmorea, ſuper qua repræſentatur recumbens in habitu pontificali, cum hac inſcriptione

Sepelitur.

D. O. M.

LÆVINUS TORRENTIUS *patriâ Gandavenſis, litteris & legationibus domi foriſque ſpectatus, ex Archidiacono & Principis Leodienſis Vicario generali ſecundus Antverpienſium Epiſcopus, tertius Mechlinienſis Archiepiſcopus deſignatus, Collegii Societatis Jeſu apud Lovanienſes fundator, ad rerum ſtatûs Belgii Concilium accitus, dum periclitantem Rem-publ., fractus viribus, animo infracto, conſiliis ſuſtento Bruxellis deceſſi* VI. *Kal. Majas MDXCV. Vixi annis LXX. menſe* I. *dieb.* XVIII.

Epitaphium.

Lemma. DEUM SEQUERE.

Bibliothecam, quam habebat inſtructiſſimam, aliaque, ut vulgò ferebatur, æſtimata ad triginta florenorum millia Collegio PP. Societatis Jeſu Lovanii reliquit: quibus in tantum

Benefactor Societatis Jeſu.

Anno 1595. beneſecit, ut meritò ejuſdem Collegii fundator nominetur. Quin etiam laboravit plurimùm Antiſtes ille, ut Societas novum Philoſophiæ Gymnaſium ſeu quintum Pœdagogium obtineret, uti patet ex litteris ejus ad D. Rectorem & Univerſitatem anno 1594. conſcriptis, quas refert Val. Andreas in Faſtis academicis *pag* 378. Ita Auctor *Hiſt. Epiſc. Antv. pag.* 67.

Scripta ejus & laudes. Scripta ejus, quæ vulgavit, vide apud Fop. *Bibl. Belg. pag.* 793. & D. Paquot *Memoires Litt. tom. II. pag.* 95. Amplas hujus præſulis laudes & merita deſcripſère *Laurentius Beyerlinck* in Chronico, *Valerius Andreas* in Bibliotheca Belgica, *Sweertius* in Athenis, *Sanderus* & alii quàm plures. Poëtæ etiam inter quos *Maximilianus Vrientius* S. P. Q. Gandavenſis à ſecretis, lugubri carmine defunctum proſecuti ſunt.

Tardat nominatio ſucceſſoris. Sedes Epiſcopalis poſt obitum Torrentii vacavit ferè per tres annos: ſucceſſor enim ejus demùm nominatus refertur anno 1597. & anno ſequenti inauguratus ac 29. martii conſecratus. Quid autem tardaverit nominationem ad hunc Epiſcopatum, non liquet: niſi fortè obſtiterit negotium ſeparationis Epiſcopatûs ab Abbatia S. Bernardi, quod poſt obitum Torrentii ſeriò agitari cœpit.

Agitur de ſeparatione Epiſc. ab Abbatia. Concepta namque fuit quædam idea ſeparationis, ſic ut certa bona, reditus & villas haberet Epiſcopus, & cætera manerent monaſterio: ſed cum diu deſuper actum eſſet, tandem nihil peractum. Res tandem eò devenit, ut proponeretur ſæculariſatio monaſterii, & in eum finem canonici Cathedralis obtulerunt eccleſiam D. Jacobi in hac civitate, ut ceſſante monaſterio in ea erigeretur Capitulum & monachi efficerentur Canonici; aſt Bernardini votorum memores oblationem illam rejecerunt. *Hiſt.*

Epiſ.

Epiſ. Antv. Sic negotium iſtud etiam hâc vice infectum manſit. Anno 1595.

Diſſentio iterùm ſuborta eſt inter Capitulum & FF. Minores circà ſepulturam advenientium aulicorum, militum aliorumque exterorum morientium in hac civitate, arce aut fortalitiis aliiſve locis propè civitatem. Verùm diſſentio hæc feliciter terminata fuit hoc anno per novum deſuper Concordatum inter illos initum, quod ex Copia authentica, aſſervata in Archivis DD. Paſtorum, ſubjungo.

Diſſentio inter Capitulũ & FF. Minores circá ſepulturam.

Terminatur

„ UT PAX & concordia inter eccleſiaſticas „ præſertim perſonas conſervetur & eà quâ „ decet charitate, R^di^ Domini DECANUS & „ CANONICI Eccleſiæ cathedralis, ac R^di^ Pa„ tres & Fratres GUARDIANUS & CONVENTUS „ Ordinis S. Franciſci hujus Civitatis Antwer„ pienſis conjunguntur. Concordata inter eoſ„ dem alias inita & confirmata, diebus reſpec„ tivè 16. novembris anni 1448., 24. ſeptem„ bris anni milleſimi quingenteſimi, & 3. au„ guſti milleſimi quingenteſimi ſecundi denuò „ approbârunt & confirmârunt, promiſerunt„ que reſpectivè omnium & ſingulorum ſupra„ dictorum concordatorum inviolabilem ac per„ petuam obſervationem.

Concordatũ deſuper.

„ Anno Domini milleſimo quingenteſimo no„ nageſimo quinto menſis julii die vigeſimâ no„ nâ in loco capitulari dictæ Eccleſiæ cathe„ dralis, dictis R^dis^ Dñis Capitularibus ac „ R^dis^ Patribus, Patre *Servatio Myricano* Guar„ diano & Patre *Henrico Baſtonio* Vicario dicti „ Conventûs Antverpienſis, tam proprio quàm „ eorumdem Conventûs nomine, ad hoc ſpe„ cialiter convocatis & Congregatis, ut ne „ ratione advenientium aulicorum, militum „ aliorumque exterorum, nec in hac civitate, „ nec in Arce degentium, ac aliorum in For-

 talitiis

Anno 1596.

Albertus Belgii Gubernator advenit.

Archidux ALBERTUS, qui anno præcedenti à Rege deſignatus fuerat Belgii Gubernator, die 29. januarii Luxemburgum veniens à Proceribus Belgis honorificè exceptus eſt. Dein venit Namurcum, ubi didicit afflictiſſimum militiæ regiæ in Belgio ſtatum. Die 11. febr. urbem Bruxellenſem ingreſſus eſt, ibidemque feſtiviſſimè exceptus audivit omnium ordinum acclamationes, viditque omnis generis ſigna lætitiæ. Non multò poſt datâ acceptâque fide in Gubernatorem ab Ordinibus ſuſceptus ante omnia pacem Hollandis offert: at illi pacis tractationem ſpreverunt. Itaque Archidux ad bellum ſe parat.

Bellum hujus anni.

Et in primis Feræ à Francis totâ hjeme obſeſſæ opem fert, dein 24. aprilis Caletum & Arcem expugnando occupat. Tum Hollandi, ut cladem Francicam utcumque vindicarent, Brabantiam milite vacuam invadunt, ac ſub finem aprilis circum Bruxellam, Mechliniam, Antverpiam ac Namurcum quidquid reperire poterant in prædam vertunt. Archidux victoriam proſequens, primùm oppidum Guinenſium cum propinquis aliquot arcibus & munitionibus deditione accipit, & Ardeam 7. maii obſidet & 23. ejuſdem menſis occupat; ſed interim Fera ſe dedit Francis. Archidux in Flandriam veniens Hulſtum obſidet, quod 18. augusti obtinet. Hollandi menſe octobris Hulſtum recipere fruſtrà tentant.

Contenſio circà fundationem Abbatiæ S. Mich terminatur.

Cum Archidux Albertus in Belgium adveniſſet, brevì terminata fuit difficultas quædam, quæ fortè jam diu agitata fuerat inter Aulam & Abbatiam S. Michaëlis hujus civitatis. Contentionem illam indicat Papebrochius *Act. S. Norb.* pag. 956. n. 98., quam ipſiuſmet verbis ſubjungo. „*Obiit*, inquit, *X. Kal. martias*

Bruxel-

„ *Bruxellis* Erneſtus, *eique* ex deſignatione *Phi-* Anno
„ *lippi mox ſucceſſit ex Luſitania, quam Pro-* 1596.
„ *rex adminiſtraverat*, Albertus S. R. E. Car-
„ dinalis *Philippi Regis ex patruo Ferdinando*
„ *Imperatore cognatus*, *Belgium pro cognato*
„ *Gubernandum ſuſcipiens.* Tunc quidam mi-
„ niſtri regii Richardoto Præſidi Concilii Sta-
„ tuum perſuaſum voluêre, Abbatiam S. Mi-
„ chaëlis Antverpiæ ad jus Principis tamquàm
„ fundatoris pertinere: quapropter Dionyſius
„ Prælatus Bruxellas miſit Autbertum Miræum
„ tunc Canonicum ad S. Mariæ poſteà Deca-
„ num, utpote linguæ peritum, cum docu-
„ mentis authenticis, unde conſtabat, totum
„ quantum eſt monaſterium hodiernum ædifi-
„ catum per Abbates ſuos eſſe: id quod præ-
„ dictus D. Cardinalis libentiſſimè intellexit,
„ ſibique plenè ſatisfactum declaravit, quem ad-
„ modum Miræus idem adhuc ſuperſtes teſtari
„ poteſt, *inquit Auctor Libelli ſupplicis anno*,
„ (*ut dixi*) *MDCXXXV. oblati.*" Ita Pape-
brochius. Plures certè rationes exhibitæ fuerunt,
quâm illa una, quæ hic indicatur, quòd
nempè totum monaſterium, quale tunc erat,
ædificatum eſſet per Abbates. Certè omiſſa non
fuit illa, quod conſtaret Abbatiam iſtam fun-
datam fuiſſe per Canonicos Antverpien-
ſes.

Circà hoc tempus, ut indicat ſe vidiſſe Grammaye *Antv. lib. II. cap.* 3., in Cathedrali Odejum elegans undique ex lapide marmoreo & jaſpidino, columnis marmoreis ſuſtentatum, adornatum eſt: illud indubiè ipſum, quod adhuc hodie ante chorum ſubſiſtit. Sic paucis poſt reductam civitatem annis ſplendidum illud templum opulentiſſimè ornatum fuit. *Odejum in Cathedrali extructum.*

Hoc anno in civitate comperio ſubſtitiſſe moniales Præmonſtratenſes Vallis-dulcis vulgò *Soeten-* *Cœnobium Soeten-dael in hac civit.*

Anno 1596. Soetendael, & quidem tam gratas fuiſſe, ut hoc anno ſubventionem à Senatu obtinuerint ad ſublevandam inopiam. Fundatæ fuerant in Walachria Zelandiæ inſula, ubi monaſterium, filiale Abbatiæ S. Michaëlis, habuerant ſub titulo *Soetendael*; ſed inde fugatæ Antverpiam confugerant poſt reductam civitatem, retinentes primævum monaſterii ſui nomen. Neſcitur autem, quo anno huc advenerint aut quandiu hic ſubſtiterint vel an aliò tranſierint. Deſiiſſe præſumendum eſt, ſi verùm ſit, quod Auctor *Hiſt. fœd. Belg.* in *Epiſc. Middelb. pag.* 37. aſſerit, illius nempè Cœnobii codicem, in quo prædia & cenſus continentur, aſſervari in Abbatia S. Michaëlis.

Marius Joan. Godtſchalk Bogardus.

Obiit hoc anno Bruxellis *Marius Joannes Godtſchalcanus* Antverpienſis Ordinis S. Franciſci tertii inſtituti, quos Bogardos vocamus. Reliquit *De Republica chriſtiana noviſſimorum temporum* lib III. Antv. 1600. 12. & Lovanii. *Precationum Libellum* Antv. 1587. *Evangelicas & chriſtianas Orationes* vernaculè 1590. Ita Foppens *Bibl. Belg. pag.* 846.

1597. Bellum hujus anni.

Annus 1597. non multùm fèlix fuit regiis. Archidux ſub finem anni præcedentis quatuor millia peditum & quinque alas equitum in Campiniam Brabanticam juxtà Turnholtum miſerat. Quo conſilio non certò ſciebatur. Interim Mauritius cum copiis Hollandicis in Campiniam venit, menſe januario hujus anni, dictas regias copias pellit, inſequitur & 24. menſis cædit in ericeto Tiletano. Et poſtridie Arcem Turnholtanam obſidet & obtinet. Dein, dum arma ubique propter pecuniæ inopiam aliquantiſper ſuſpenſa ſunt, Archidux 11. martii ſtratagemate occupat Ambianum Picardiæ metropolim; quam Franci recipere tentàrunt uſque 25. ſeptembris, quo reddita fuit. Archidux fruſtrà tentavit Steenwicam

ſicut

ſicut & Hollandi Venloam. Hollandi 7. Aug. obinent Alpam oppidulum Cliviæ, 19. ejuſdem menſis Rynberçam, 3. ſeptembris Meurſam, & 27. ejuſdem menſis Grollam, ſicut 12. octobris Brevordam & 23. Oldenſelam & Ootmarſiam, ac 14. novembris Lingam. Multa ex his victoriis per omnes Hollandici fœderis Provincias lætitia. Anno 1597.

Jam ultrà duos annos obierat Lævinus Torrentius II. Epiſcopus Antverpienſis, cum ecce tandem ad dictum Epiſcopatum nominatur per Archiducem ALBERTUM, GUILIELMUS DE BERGHES, natus Antverpiæ anno 1551. ex antiqua & perilluſtri apud Brabantos ſtemmate Baronum de Grimberghe, patre Ferrico de Glymes, Barone de Berghes, Grimberghæ &c. matre Annâ Sterck Dominâ de Bucquoy, Wyneghem, Stabroeck, Lichtaert &c. Guil. de Berges nominatur III. Epiſ. Antv.

Juventutem tranſegerat incumbens theologicis & juridicis partim Lovanii, partim Dolæ in Burgundia, partim Paduæ ac Bononiæ; partim demùm Romæ moratus, ubi ad publica ſapientiæ pulpita Doctorali juris utriuſque laureâ fuit inſignitus. Eum Gregorius PP. XIII. inter Prælatos domeſticos adſcivit, & anno 1578. remiſit in Belgium, ut Galeram cardinalitiam ad *Gerardum Goeſbequium* Leodienſem Epiſcopum ac Principem deferret. Paulò poſt ab hoc Præſule præbendam in perilluſtri ac cathedrali Eccleſia Leodienſi obtinuit; ab eodem magno ſemper honore cumulatus atque ad varias Legationes adhibitus: ſignanter pro Principe & Patria Leodienſi per menſes undecim legatum egit ad *Alexandrum Farneſium* occupatum in celebri obſidione Antverpienſi. Et anno 1584. Eccleſiæ Leodienſis electus eſt Decanus. Ita eum deſcribit Auctor *Hiſt. Epiſc. Antv. pag.* 70. Hic itaque cum Sedes diu vacâſſet nominatus eſt Quis fuerit.

III. Epiſ.

Anno 1597. III. Epiſcopus Antverpienſis. Verùm non niſi anno ſequenti 29. martii conſecratus eſt, ut infrà dicetur.

Franciſcus Raphelingius moritur.

Obiit hoc anno Lugduni Batavorum 20. julii FRANCISCUS RAPHELINGIUS Gallo-Flander, qui typographiæ Plantinianæ in hac civitate ultrà viginti annos operam dedit. Ab initio ſic placuit Plantino, ut anno 1565. ipſi maximam natu filiarum *Margaretam* conjugem dederit. In Soceri igitur typographia corrigendorum librorum præcipuam molem ſuſtinuit, cum *Biblia* illa magna, quæ *Regia* vocant, edere Plantinus aggreſſus eſt, ea annotationibus illuſtrans & alia addens; ut conſtat ex teſtimonio *Ariæ Montani* in Prolegomenis. Dein totum pondus Typographiæ tulit, dum Plantinus, quò longiùs à turbis abeſſet, Lugduni Batavorum morabatur; quo poſt reductam civitatem anno 1585. reverſo, Raphelingius vice verſâ cum familia Lugdunum Battavorum commigravit & in partem typographiæ, quam eò Plantinus tranſvexerat, ſucceſſit. Ibidem autem anno 1586. factus eſt Profeſſor linguæ Hæbraicæ. Plura edidit præcipuè concernentia linguas ſacras, quæ indicat Foppens *Bibl. Belg. pag.* 306.

Rex decernit Iſabellam filiam conjugem Alberto intendens in eos transferre Dominiū Belgii.

Die 10. ſeptembris hujus anni ſcripſerat Hiſpaniarum Rex litteras ad Ordines Belgii, quibus juſſerat fidem adhiberent *Archiduci Alberto*, ipſis explicaturo benignum ſuum ergà Belgas conſilium. Archidux autem declaraverat conſilium illud Regis eſſe de tradenda ſibi in uxorem filia ISABELLA cum dote Burgundiæ & Belgii. Ad hæc reſponſum mittunt Ordines 11. decembris, rogantque Regem, quandoquidem ſic viſum ſit, ſimul continuare dignetur ſumptus paci in Belgium reducendæ neceſſarios: quandoquidem dolerent alioquin filiam

ejus

ejus chariſſimam ad tantam molem miſeriarum venturam. Et cauſam addunt his verbis: Non enim, inquiunt, ab hoſtibus modo diuturnitate belli Provinciæ iſtæ exhauſtæ ſunt, ſed à domeſtico etiam milite, qui ſtipendiis non ſolutis corruptâque diſciplinâ ad eas diripiendas eſt prolapſus. Ita *Haræus*. Anno 1597.

Petrus Heinſius Scholaſcha.

PETRUS HEINSIUS Antverpiæ natus circâ annum 1537. & ibidem ſcholæ moderator, laudatur ab affabilitate & rythmis quà belgicis quâ gallicis componendis. Gallico rythmo exhibuit *vitam & paſſionem Jeſu Chriſti* Antv. 1573. vernaculo *ſpeculum mundi* ſeu *Epitomen* Theatri Orteliani. Obiit circâ an. 1597. æt. 60. relinquens filium *Zachariam*. De utroque vide D. Paquot *Tom. XII. pag.* 365. & 367. Fop. *Bibli. Belg. p.* 983.

1598.

Bellum hujus anni.

Primis anni 1598. menſibus vix quidquam hoſtiliter actum eſt in Belgio. Die 2. maii ſancita eſt pax inter Hiſpaniæ & Galliæ Reges. Vi cujus Gallia reddit Hiſpanis Comitatum Carolegii &c. & Hiſpania Gallis Caletum, Ardeam, montem Hullinum, Dorlanum, Capellam & Caſteletum in Veromanduis, Blavetum in Britannia &c. Menſe julio velitationes duæ inter Regios & Fœderatos, una ad Neomagum, altera ad Ruremundam. In fine ejuſdem menſis Liræ tumultuantur Regii, ejectiſque centurionibus indecenter multa patrant.

Tumultuantur Antverpiæ milites.

Menſe auguſto in Arce Antverpienſi rebellant Regii 8. menſis Præfectum Arcis proturbant; inde furentes inſaniâ ædes civium & in primis Curiam globis tormentorum impetunt, idque quòd vellent viginti duorum menſium ſibi debita ſtipendia. Jungunt ſe eis Lirani. Placati autem demùm fuerunt menſe novembri. Menſe ſeptembri Regii Orſoviam in Clivia occupant.

Anno 1598. Aſpæ & Meuriæ præſidia imponunt. Menſe octobris Rhynbercam obtinent, ſimiliter Dotecomum menſe novembri & Schulenburgum; & jam multâ hyeme exercitus regius in hiberna deducitur in Cliviam, Weſtphaliam & Marcaham Imperii ditiones.

Guil. de Berges conſecratur III. Epiſc. Antv. Cum Sedes Epiſcopalis Antverpiæ ferè per tres annos vacâſſet, conſecratur 29. martii tertius Antverpienſium Epiſcopus GUILIELMUS DE BERGHES, qui, ut ſuprà vidimus, anno præcedenti fuerat nominatus. Conſecratus eſt autem Antverpiæ in cathedrali per metropolitanum *Mathiam Hovium* Archiepiſcopum Mechlinienſem, aſſiſtentibus *Petro Damant* Gandavenſi & *Giiberto Maſio* Buſcoducenſi Epiſcopis. Præfuit tribus annis, poſt quos evectus eſt ad Archiepiſcopatum Cameracenſem.

Notandum quod Epiſcopatus Antverpienſis jàm per quadraginta ferè annos erectus eſſet; & tamen hactenùs Sedes Epiſcopalis per duos Epiſcopos tantùm ſimul per annos tredecim occupata fuerat; idque propter tumultus Belgicos.

Religioſi S. Bern. fruſtrà tentant ſeparationem Abb. ab Epiſ. Religioſi S. Bernardi, qui Sede vacante multa egerant ad obtinendam ſeparationem Abbatiæ ab Epiſcopatu, cui unita fuerat anno 1561., non ceſſârunt deſuper agere ſub hoc Epiſcopo. Cumque in his regionibus hactenùs fruſtrà omnia tentâſſent, viâ romanâ eam obtinere ſperabant. In eum finem hoc anno 1598. Romam deputârunt quoſdam è ſuis, qui rem per Pontificem ad effectum ducere conarentur. Sed & hæc deputatio ſperatum effectum non obtinuit, & Abbatia poſt hæc adhuc quinquaginta annis Epiſcopatui unita manſit.

Rex cedit Belgium Alberto & Iſabellæ. Benignum Regis Hiſpaniarum ergà Belgas conſilium; quod anno ſuperiori Ordinibus Belgii indicaverat, hoc anno executioni mandatum eſt

eſt 6. maii : quando ſuper matrimonio celebrando inter ALBERTUM & ISABELLAM, & ſuper Belgio & Burgundiâ tradendis in dotem publicum decretum factum eſt ; quod Rex coram Primoribus regni & Brabantiæ Cancellario prælegi fecit. Ex eo inter alia hæc refert Hæræus. Anno 1598.

„ PHILIPPUS &c. Poſteaquam filiam noſtram
„ chariſſimam ISABELLAM Claram Eugeniam
„ cum ALBERTO Archiduce matrimonio copu-
„ lare decrevimus ; quòd eas nuptias ad uni-
„ verſæ chriſtianæ Reipublicæ quietem & com-
„ modum maximoperè pertinere intelligeremus ;
„ eidem noſtræ filiæ ut & chariſſimo noſtro
„ Nepoti & cognato de facultatibus pro ipſo-
„ rum dignitate quàm liberaliſſimè proſpicere
„ volentes, omnes noſtras Belgicas Provincias
„ ad dictarum nuptiarum promotionem dedi-
„ mus, ceſſimus, contulimus, hocque ipſo
„ damus, cedimus, conferimus....

„ Tertiò. Si fortè ſterile fuerit hoc matri-
„ monium, aut liberi ex eo nati, mortuo
„ conjugum altero, vivere deſierint, ceſſio
„ hæc ſeu tranſportatio vigorem omnem amit-
„ tat. Quo caſu..., univerſas Provincias ad
„ Hiſpaniarum Regem, qui à nobis decenderit,
„ redire jubemus....

Acceſſit Principis Hiſpaniarum fratris Iſabellæ per publicum inſtrumentum donationis conſenſus & confirmatio, itemque Iſabellæ acceptatio. Confirmat Princeps Hiſpan.

Horum diplomatum exempla, ſimulque diploma ejuſdem Infantis Iſabellæ in Belgium ad ſponſum Archiducem mittuntur ad capiendam ejus nomine Belgicarum Provinciarum poſſeſſionem ; quod ejus procuratorium ſignatum erat Matriti ult. maii.

Manda-

Anno 1598.

Inauguratio eorum ut Principum Belgii.

Mandatis his acceptis Archidux ALBERTUS Ordinum omnium Comitia ad 16. auguſti indicit, quibus de voluntate Regis cognoſceretur. Ad eum diem omnes convenerunt & coram Præſide Richardoto declarârunt, ſe Alberto Archiduci, ſereniſſimæ Infantis nomine, tamquam Principis legitimæ harum Provinciarum jusjurandum dicere paratos quidem eſſe, ſi mutuum ipſis jusjurandum præſtetur; ac de obſervandis patriæ privilegiis & de iis ſarciendis, quæ contrà majorum inſtituta innovata aut abrogata ſunt, promiſſo caveatur. Gratiæ Ordinibus à Præſide actæ ſunt; & dies huic rei poſterus; locus in magni Palatii aula dictus eſt: ubi eo die 17. auguſti convenerunt, & tum Præſes; tum Maſius pro Ordinibus perorârunt, ac 18. præſtita ſunt ſolemniter juramenta. Ita *Haræus*.

Deputati Antverpienſes ad inaugurationem.

Dicit hìc Haræus præſtita utrimque juramenta ſeu inaugurationem factum 18. auguſti; cum tamen Senatus Antverpienſis Deputatos ſuos, eum in finem mittendos ad Comitia Statuum, tantùm nominaverit die ſequenti 19. auguſti, ut conſtat ex Litteris ejus deſuper confectis; quas ſubjungo ex regiſtro Pannifarorum.

Decretum deſuper.

WY BORGEMEESTEREN, Schepenen, Treſoriers, Rentmeeſtere, Raedt, oude Schepenen, Hooftmannen van de Poirterye ende Wyckmeeſters mette Dekens ende Oudermannen van den Ambachten, repreſenterende het lichaem der ſtadt van Antwerpen. Allen den ghenen, die deſe letteren ſelen ſien oft hoiren leſen, ſalut.

Doen te weten, dat alſoo ſijne Hoocheyt *op den leſten dach julii leſtleden heeft gelieft gehadt te doen vergaderen myne Heeren de Staten van Brabant ende de ſelve voirgehouden,* *als*

als dat zyne Majeſteyt gedient hadde geweeſt , in conformiteyt van t'ghene de ſelve te voiren hadde geſchreven aen de voorſ. Staten , ten effecte te brengen de goederthieren Reſignatie , tranſport ende ceſſie van deſe Nederlanden ende van Bourgoignen , ten behoeve van de alder-deurluchtichſte Princeſſe Vrouwe ISABELLE-CLARA-EUGENIA zyne outſte dochter Infante van Spaignen op de conditie van haer toecomende houwelyck met zyne voorſchreven Hoocheyt ; ende verſocht dat de ſelve Staten tegen den 15. augusti (naermaels uytgeſtelt totten 20. der ſelve maent) ſouden comen verſien met volcome procuratie ende volmacht , omme dien volgende te ontfangen ende doen den eedt aen zyne Hoocheyt in den name ende als gemachticht van de voirſ. Vrouwe Infante , naer luydt van de procuratie by ons geſien. Anno 1598.

Soo eeſt dat by Breedderaets-gewyſe daer omme vergadert zynde , naer dien ons ſommier relaes is gedaen van de conditien van de voorſ. Reſignatie , geadvoyeert by den alder-deurluchtichſten ende mogenden Prince van Spaignen , ende by de voirſ. Vrouwe Infante geaccepteert ; mitſgaders oock van de brieven daer op by de voirſchreven zyne Majeſteyt ende Prince van Spaignen zoo aen zyne Hoocheyt als Staten geſchreven ; begeerende ende willende de voorſ. goederthieren ghifte ende reſolutie van zyne Majeſteyt naer te comen , voor ſoo veel ons mogelyck is.

Hebben gecommitteert ende committeren mits deſen Heere Blaſius Beſar riddere Heere van Weſtackere buyten-Borgemeeſter , Heer Eduwaert van der Dilſt oock riddere Heere van Levergem , Doirne &c. Mr. Gillis Gerardi, Ombergemeeſteren ende Schepenen ; Mr. Hendrick Schotti Penſionaris deſer ſtadt ; omme in onſen naeme ende van onſen t'wegen te gaen erſcheynen

Anno 1598. *ende campareren op de vergaderinge van de voirſ. Heeren Staten van Brabant ende alomme elders, daer des van noode weſen ſal: auctoriſerende de ſelve Gedeputeerde, omme neffens de voirſ. Heeren Staten van Brabant, zoo op hunne vergaderinge in't particulier als van de Staten generael van deſe Nederlanden, te letten, delibereren ende reſolveren op alle poincten, die by gemeynen advyſe ende participatie van de ſelve Staten, zoo in't particulier als generael, bevonden zullen worden nut ende oirboirlijck te weſen, rurende de conditien ende voirwaerden van de voirſ. Reſignatie: mitſgaders van de onderhoudeniſſe ende redres van de Privilegien van den Lande ende deſer ſtadt, ende naemenlijck van de blyde Incompſte.*

Ende voirts neffens de voirſ. Heeren Staten, ende met gemeynen advyſe der zelver, de voirſ. zyne Hoocheyt van deſer ſtadts wegen, in de voorſ. qualiteyt, mede te hulden ende den eedt daer toe ſtaende te ontfangen ende te doen; ende daer inne te obſerveren alle andere ſolempniteyten, die men, naer het out hercommen, deſen aengaende gewoonelijck is te doene ende te obſerveren. Alles in conformiteyt van de reſolutie by de voorſ. generale Staten te nemen op de voorſ. Reſignatie, aggreatie ende acceptatie met d'andere ſtukken daer mede overgegeven; mitſgaders de propoſitie dien volgende den voirſ. Heeren Staten van Brabant gedaen.

Behoudelijck ende onder expreſſe conditie, dat de voirſcreve Gedeputeerde nyet en zelen comen totte voirſ. huldinge oft eede, voir ende aleer d'alteratie van den garniſoene van den Caſteele zal weſen beſlicht, ende de ſoldaten betaelt, oft emmers dat zyne Hoocheyt zal gegeven hebben volcomen ſatisfactie ende verſekertheyt; tot con-

tentement

tenement van de voirſ. Staten, dat t'ſelve effectuelyck ſal geſchieden voir haer vertreck. Anno 1598.

Gelovende te houden voir goet, vaſt ende geſtentich, alle t'ghene by de voirſ. Gedeputeerde dien volgende ſal wordden gedaen, al oft wy aldaer mede preſent ende tegenwoordich hadden geweeſt; al waert dat de zake breeder ende ſpecinelder macht behoefde, dan voirſ. ſtaet. Ende des toirconde hebben wy den zegel ter zaken der voirſ. Stadt van Antwerpen deſe letteren doen aenhangen op den XIX. *Augusti in't jaer ons Heeren als men ſchreef duyſent vyf-hondert ende acht-en-negentich. Onderteeckent Kieſſelt.*

Ex his litteris patet ſolemnitatem inaugurationis dilatam fuiſſe ad 20. augusti. Verum adhuc dilata fuit in diem ſequentem, ut patet ex juramento Principum anno ſequenti Antverpiæ præſtito, quod infra ſuo loco dabitur: in eo enim dicitur juramenta præſtita fuiſſe 21. augusti. Peracta 21. Augusti.

Hæc harum Regionum ad novum Principem translatio facta eſt hoc anno 1598., cum Belgium per annos octoginta duos egiſſet ſub duobus Principibus Regibus Hiſpaniarum; & per annos quadraginta Principem ſuum non vidiſſet.

Paucis diebus poſt inaugurationem; die nempe 28. auguſti; tum Archidux Albertus, tum Ordines epiſtolas mittunt ad Ordines fœderatarum Provinciarum, eoſdem requirentes ad reconciliationem *ſeu reunionem* ſub novis Principibus, qui in Belgio reſiderent; unde gravamina, quæ prætulerant, jam ceſſarent. Utramque epiſtolam refert P. Bor ad hunc annum *fol.* 38. Verum Ordines fœderati, qui jam ſtatuerant bellum continuare, ad has litteras non reſpondeRunt niſi anno ſequenti. Archidux & Ordines invitant fœderatos ad reunionem.

 Omnia

Anno 1598.

Archidux in Hiſpaniam tendit.

Omnia parabat Archidux Albertus ad iter in Hiſpaniam, ut celebrato matrimonio ſponſam deduceret in Belgium. Ordines ei perſuadere conabantur, nè Belgium tam difficilibus temporibus deſereret. Verùm nequaquam obtinere potuerunt, Rege ſcilicèt ita jubente. Unde 15. ſeptembris Bruxellis in Hiſpaniam deceſſit, conſtituto Andreâ Auſtriaco, qui ſuo nomine Belgium gubernaret, & Franciſco Mendoſæ Admiralio, qui bellum adminiſtraret. In itinere autem intellexit Archidux Regem Hiſpaniarum obiiſſe.

Philippus II. Hiſpan. Rex moritur.

Obierat Philippus II. Hiſpaniarum Rex die 13. ſeptembris anno ætatis ſeptuageſimo primo. Ingraveſcente morbo inter alia filio filiæque & cæteris adſtantibus ſcuticam multilorem, inquit Haræus, omnibus conſpiciendam propoſuit, cujus extrema cruoris quædam veſtigia monſtrabant. Eam cum in altum attolli juſſiſſet, hic, inquit, ſanguis eſt de meo ſanguine: non meus quidem ipſius ſed patris mei, qui hoc flagello corpus ſuum caſtigare ſolitus fuit. Id ego, ut avitæ vos pietatis & devotionis commonefacerem, huc uſque inter pretioſiſſima aſſervari juſſi. In Regnis Hiſpaniarum ſucceſſit ei filius Philippus III.

In Belgio & Burgundia ſucceſſit ei, ut ſuprà dictum eſt, per donationem inter vivos, filia Isabella-Clara-Eugenia cum conjuge Archiduce Alberto.

Pia quædam ejus opera.

Philippus II. Patres Societatis Jeſu, ut ſuprà vidimus, ad preces S. Ignatii fundatoris admiſit in Belgium anno 1556. eiſque privilegia confirmavit anno 1584. *Dipl. Belg. tom. IV. fol.* 310.

Prior & Canonici Regulares *Montis S. Agnetis* in Tranſiſalania anno 1555. & Prior & Canonici regulares monaſterii Swollenſis, itidem in

in Transiſalania, anno 1560. petunt ab hoc Rege reſpectivè commutari in Collegium Canonicorum ſecularium, quod utrique obtinuerunt anno 1561., dum utrumque monaſterium incorporatum fuit Epiſcopatui & Capitulo Daventrienſi. *Dipl. Belg. tom. IV. fol.* 658. *& ſeqq.* Anno 1598.

Pius PP. V. anno 1567. requiſivit Philippum Regem, quatenùs catholicos Anglos cauſà religionis patriâ pulſos & in Belgium receptos charitatis officiis foveri curaret, quod & fecit. *Dipl. Belg. tom. III. fol.* 244.

Anno 1585. Philippus concedente Pontifice Patres Capucinos evocavit in Belgium, ut ſtrenuè collaborarent in deſolatâ vinea Domini; qui primùm pedem eo anno fixerunt Antverpiæ, ut ſuprà vidimus.

Anno 1596. Confirmat unionem beneficiorum in urbe Sylvæducenſi ad augendam dotem novorum paſtoratuum ibidem erectorum. *Dipl. Belg. tom. IV. fol.* 313.

Eodem anno adjudicat ſtatui Eccleſiaſtico in Flandria præcedentiam in Comitiis adverſùs quatuor membra Flandiæ. *Ibid. pag.* 315.

Hoc anno Antverpiæ Gerontocomium fundavit *Petrus van Dael* pro ſex egentibus. Situm eſt in loco dicto *achter ſtraelen Toren.* Directio manet penès hæredes fundatoris. Gerontocomium van Dael.

Hactenùs Eccleſia Antverpienſis ſeu Capitulum B. M. cum ſibi ſubjecto Clero proprium eccleſiæ habuerat Breviarium, quod prelo excuſum fuerat Venetiis anno 1496. Hujus Breviarii hactenùs duo vidi exemplaria, defectuoſum utrumque: in altero tamen, quod eſt apud Jeſuitas, calamo ſuppleti ſunt defectus. De iſto Breviario jam quædam notavi ſuprà ad dictum annum 1496. Hic abs re non erit paulò latiùs de eo agere. Conſtat duobus tomis in 8. Vetus Breviarium propriũ Eccl. Antv.

 prelo

Anno 1598. prelo rubro-nigro. In facie primi tomi legitur PARS HYEMALIS BREVIARII SECUNDUM MOREM ECCLESIE SANCTE MARIE ANTUERPIENSIS. Sequitur Kalendarium, quod integrum ſubjicio, ut pateat, quæ feſta, qui Sancti & quo ritu hic tunc celebrarentur. Columna prima notat numeros aureos, ſecunda litteras dominicales, tertia ſucceſſionem dierum per Kalendas &c., quorum loco ponam cyfras. Quæ rubra ſunt exprimuntur caracteribus romanis.

Kalendarium ejuſdem.

Sancti qui colebantur menſe Januario.

Januarius habet dies xxxj. luna xxx.

1	Circumciſionis Domini	triplex.
2	*Oct. ſci ſtepha.*	iij. L. ppe.
	Genovefe Vgi.	*com.*
3	*Octa. ſci joha.*	iij. L. pprie.
4	*Octa. ſctor. innocentium*	iij. lec. pprie.
5		Vigilia.
6	Epiphania Domini	triplex.
8	*Gudile virginis*	duplex.
10	*Pauli primi heremite*	*commemo.*
13	*Octava epiphanie*	dup.
	Remigii & hilarii	*come.*
14	*Felicis in pincis*	iij. lec.
15	Feſtum nois ihu	trip.
	Mauri abba.	*com.*
16	*Marcelli pape*	iij. lec.
17	*Anthonii confeſſoris*	duplex.
18	*Priſce virginis & martyris*	iij. lec.
19	*Marii & Marthe*	iij. lec.
20	*Fabiani & ſebaſtiani*	ix. lectionum.
21	*Agnetis virginis*	duplex.
22	*Vincenti martyris*	duplex.
23	*Emerentiane & machbarii*	iij. lec.
24	*Timothei apoſtoli*	iij. lec.
25	Conver. pauli apli	duplex.
	Prejecti m.	*com.*
26	*Policarpi marty. pontif.*	iij. lc. pprie.
27	*Johannis chriſoſtomi conf. pon.*	iij. lc ppe.
28	*Oct. agnetis*	iij. lec. pprie.

29 *Valerii confeſ. pontif.* iij. lec. Anno
30 *Aldegundis virginis* iij. lec. pprie. 1598.
Nox habet horas xvj. dies vero viij.

Februarius habet dies xxviij. Luna xxix. & quando eſt biſextus habet dies xxix. Luna xxx. Menſe Februario.

1 *Brigide virginis* iij. lc. pprie.
Ignacii *com.*
2 Purificatio beate marie triplex.
3 *Blaſii pontificis martyris* duplex.
5 *Agathe virginis & martyris* ix. lect.
6 *Amandi & vedaſti conſ. pontif.* iij. lc. pprie.
7 *Helene regine & electe* iij lec.
9 *Oct. puri. marie* ix. L.
Apolonie V. iij. lec.
10 *Sotici & alior. Soteris mar. Scholaſtice virginis* *com.*
13 *Juliani martyris* iij lec.
14 *Valentini marty.* iij. lec. pprie.
15 *Senonis & alior.* iij. lec.
16 *Juliane virginis marty.* iij. lec. pprie.
17 *Polocromii martyris ponti.* iij. lec.
18 *Simeonis martyris pontifi.* iij. lec.
20 *Gaij victoris & aliorum* iij. lec.
22 Cathedra ſti. petri duplex.
23 *Policarpi confeſ. non pont.* iij. lec. Vigilia.
24 Mathei apli. duplex.
25 *Depoſitio Walburgis virg.* *comemo.*
Nox habet horas xiiij. dies vero x.

Poſt cineres neuma poſt crucem poſtq. luciam
Mercurii & veneris ſabatho jejunia fient.
Martius habet dies xxxi. Luna xxx. Menſe Martio.

1 *Albini confeſſoris pontificis* *comemo.*
7 *Perpetue & felicitatis marty.* *comemo.*
12 *Gregorii pape* duplex.
13 Equinoctium.
16 *Civiaci & ſociorum ejus mar.* *come.*
17 *Gertrudis virginis* duplex.
19 *Joſeph confeſ. non pontif.* duplex

Anno 1598.
21 *Benedicti abbatis conſeſ. non ponti.* dup.
25 Annunciatio beate marie triplex.
26 *Luydgeri confeſſoris ponti* comemo.
Nox habet horas xij. dies etiam xij.

Aprilis habet dies xxx. Luna xxix.

Menſe April.
4 *Ambroſii epiſc. confeſſoris* duplex.
9 *Marie egyptiace* commemoratio.
11 *Leonis pape* commemo.
13 *Eufemie virginis* comm.
14 *Tiburtij & valeriani* comm.
18 *Urſmari epiſ.* commemoratio.
23 Georgii martyris duplex.
25 Marci evange. duplex.
Letanie majores.
28 *Vitalis martyris* comm.
29 *Petri m. ordis predicat.* comme.
30 *Quirini mar.* comm.
Nox habet horas x. dies verò xiiij.

Majus habet dies xxxj. Luna xxx.

Menſe Majo.
1 Philippi & Jacobi aplor. duplex.
Walburgis virginis iij. lec. pprie.
3 Inventionis ſte crucis duplex.
Juvenalis conſeſ. po. Alexandri & alior.
6 *Joannis ante portam latinam* duplex.
9 *Tranſl. nicholai conſ.* comm.
Macharii archiepi. comm.
10 *Gordiani & epimachi* com.
11 *Gengulphi martyris* comm.
12 *Nerei & achillei* comm.
13 *Servacii epiſ.* comm.
Marie ad martyres comm.
15 *Dympne virginis marty.* comm.
19 *Potentiane virginis martyris* comm.
25 *Urbani pape martyris* comm.
28 *Germani epiſ. confeſſoris* duplex.
31 *Petronille virginis* iij. lec. pprie.
Nox habet horas viij. dies verò xvj.

Junius

Junius habet dies xxx. Luna xxix. Anno 1598. Menſe Junio

1 *Nicomedis martyris* iij. lec. pprie.
2 *Marcellini & petri* iij. lec. pprie.
5 *Bonifacii & aliorum martyrum* iij lec.
7 *Tranſlatio ſervacii confeſ. pont.* iij. lec. pprie.
8 *Medardi & gildardi confeſ.* iij. lec. pprie.
9 *Primi & feliciani mar.* iij. lec. pprie.
10 *Baſilidis martyris* iij. lec. pprie.
11 *Barnabe apli* duplex.
12 *Baſilidis & aliorum. Odulphi conf.* comm.
13 *Tranſlatio bartholomei apli.* iij. lec. pprie.
14 *Baſilii epiſ. conf.* iij. lec. pprie.
15 *Viti martyris* iij. lec. pprie.
16 *Ferreoli presb. martyris* iij. lec.
17 *Alexii confeſ. non pontificis* iij. lec. pprie.
18 *Marci & marcelliani mar.* iij. lec. pprie.
19 *Gervaſii & prothaſii marty.* iij. lec. pprie.
20 *Vitalis martyris* iij. lec. pprie.
21 *Albani martyris* iij. lec.
22 *Paulini epiſ. decem millia martyrum* comme.
23 Vigilia.
24 Nativitas johannis baptiſte duplex.
25 *Lebuini confeſ. non pontif.* duplex.
Eligii, Livini, Rabodi & Gallicani com.
26 *Johannis & pauli marty.* iij. lec. pprie.
27 *Septem dormientium* comme.
28 *Oct. jobis bap.* iij. lec. pprie. Vigilia.
Leonis pape com.
29 Petri & pauli apoſtol. duplex.
30 *Commemoratio pauli apli.* ix. lec.

Nox habet horas viij. dies verò xvj.

Julius habet dies xxxj. Luna xxx.

1 *Rumoldi martyris* duplex. Menſe Julio
2 Viſitatio beate marie triplex.
Proceſſi & Martiniani comme.
3 *Tranſlatio Thome apli* com.
4 *Ordinatio martini epiſc. conf.* duplex.
6 *Octa. petri & pauli aplor.* iij. lec. pprie.
7 *Thome cantbuarienſis epiſ.* iij. lec. pprie.

8 Kyliani

Anno 1598.

8 *Kyliani & ſociorum ejus marty.* iij. lec.
9 *Octava viſitationis beatę marie* ix. lec.
10 *Septem fratrum* iij. lec. pprie.
Amelberge virginis iij. lec. pprie.
11 *Benedicti abbatis* iij. lec. pprie.
12 *Cleti pape & martyris* iij. lec.
13 *Margarethe virginis* iij. lec. pprie.
14 *Diviſio apoſtolorum* ix. lec.
15 Dedicatio eccleſie beate marie antwerpienſis triplex.

Nota circà celebrationē feſti dedicationis Eccl.

(Nota 1. Dedicatio hæc ſic notatur hoc die in *additionibus Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum*, ut indicat Sollerius *Act. SS. t. IV. julii in Prætermiſſis p.* 3, addens, ſe neſcire, unde pro hoc die inſerta ſit. Sciviſſet autem, ſi inſpexiſſet hoc Breviarium, quod ad manum habebat.

Nota 2. feſtum dedicationis hic notatur 15. menſis, quo die celebrabatur in quamcumque feriam incideret, & quidem cum feſto in populo; qualiter obſervabatur in tota diœceſi Cameracenſi. Suprà ad annum 1592. vidimus, feſtum illud anno 1570. fixum fuiſſe in feriam ſextam cum feſto in populo; & id iterum mutatum fuiſſe dicto an. 1592. ac tunc celebrationem Dedicationis fixam fuiſſe in Dominicam, prout ab eo tempore uſque in hodiernum diem celebratur. Cæterùm cum officium Dedicationis in hoc breviario non ponatur niſi in ordine dierum, & tantùm pro dedicatione eccleſiæ B. M., credendum eſt, eccleſias ſubalternas Dedicationem non celebrâſſe niſi eccleſiæ matricis, aut ipſâ die omnium eccleſiarum Dedicationes celebratas fuiſſe, prout adhuc hodie fit in Diœceſi Rothomagenſi, ubi eodem die celebratur *Dedicatio eccleſiæ Cathedralis & omnium eccleſiarum totius diœceſis.*)

16 *Gongulphi*

16 *Gongulphi & monulphi pont.* com. Anno
17 *Alexii confeſ. non pontificis* comm. 1498.
21 *Octa dedica.* iij. lec. *Praxedis virginis.*
22 Marie magdalene duplex.
23 *Apolinaris epiſ. mar.* comme.
Liborii confeſ. comme.
24 *Chriſtine virginis* com. Vigilia.
25 Jacobi apoſtoli duplex.
Chriſtophori, judoci & gudeſuide comm.
26 *Anne matris marie* duplex.
27 *Marthe virginis* duplex.
28 *Panthaleonis martyris* comm.
29 *Oct. ma. magda.* iij. lec.
Felicis, ſimplicii & fauſtini comm.
30 *Abdon & Sennen* iij. lec.
31 *Germani epiſ. confeſſo.* iij. lec. pprie.

Nox habet horas viij. dies vero xvj.

Auguſtus habet dies xxxj. Luna xxx.

1 Ad vincula petri apli duplex. Menſe
Machabeorum martyrum comm. Auguſto.
2 *Stephani pape* iij. lec. pprie.
3 *Inventio ſtephani protho. & aliorum* ix. lec.
4 *Walburgis virginis* iij. lec.
5 *Dominici conf. non pont.* iij. lec. pprie.
Affre comm.
6 *Transfiguratio Domini* duplex.
7 *Donati epiſ. & martyris* iij. lec. pprie.
8 *Cyriaci, largi & aliorum mar.* iij. lec. pprie.
9 *Romani martyris* Vigilia.
10 Laurentii martyris duplex.
11 *Gaugerici conf. pont.* ix. lec.
Tyburtii com.
13 *Hipoliti martyris* comm.
Octava ſancti laurentii iij. lec.
14 *Euſebii conf. non pont.* com. Vigilia.
15 Aſſumptio beate marie triplex.
16 *Arnulphi confeſ. pontif.* comm.
17 *Lini martyris* comm.
18 *Agapiti mar.* comm.
Helene

Anno 1528.

	Helene electe	comm.
19	*Magni martyris*	comm.
20	*Bernardi abbatis*	com.
22	*Oct. aſſu. ma.* duplex.	*Timothei & ſimpho.*
23	*Timothei & apollinaris*	iij. lec. pprie. Vigilia.
24	Bartholomei apli.	duplex.
25	*Geneſii mar.*	iij. lec.
	Ludovici conf.	comm.
26	*Herenci & abundi mar.*	iij lec.
27	*Ruſi epiſ. & martyris*	
28	*Auguſtini epiſ.*	duplex.
	Hermetis martyris	comm.
29	Decoll. johannis bap.	duplex.
	Sabine virginis	comm.
30	*Felicis & adaucti marty.*	iij. lec. pprie.
31	*Paulini epiſ. confeſſoris*	iij. lec.

Nox habet horas x. dies vero xiiij.

September habet dies xxx. Luna xxx.

Menſe Septembri.

1	*Egidii abbatis*	ix. lec.
	Priſci mar.	com.
2	*Anthonini martyris*	iij. lec. pprie.
3	*Remacli epiſ. & confeſ.*	iij. lec. pprie.
4	*Bonifacii epiſ. & confeſ.*	iij. lec.
5	*Bertini abbatis*	iij. lec.
6	*Magni martyris*	iij. lec. pprie.
7	*Adriani mar.*	iij. lec. pprie.
	Evorti epiſ.	com.
8	Nativitas beate marie.	triplex.
9	*Gorgonii martyris*	com.
11	*Prothi & iacincti martyrum*	com.
12	Equinoctium	
14	Exaltatio S. Crucis	duplex.
	Cornelii & cypriani	com.
15	*Oct. nati. mar.*	duplex.
	Nycbomad. Richardi.	
16	*Euſemie, lucie & geminiani m.*	iij. lec.
17	*Lamberti epiſ. & martyris*	duplex.
18	*Ferreoli martyris*	iij. lec.
19	*Euſtachii & aliorum martyr.*	iij. lec. pprie.

20 Fauſte

Anno 1598.

20	*Fauſte virginis*	Vigilia.
21	Mathei apli & evangeliſte	duplex.
22	*Mauritii & ſociorum mar.*	iij. lec. pprie.
23	*Tecle virginis*	iij. lec. pprie.
25	*Firmini epiſ.*	iij. L.
	Lupi confeſ. & pon.	*com.*
26	*Cypriani & juſtini martyris.*	iij. lec. pprie.
27	*Coſme & damiani*	iij. lec.
29	Michaelis archangeli	duplex.
30	*Hieronimi presbyteri*	duplex.

Nox habet horas xij. dies etiam xij.

Menſe Octobri.

October habet dies xxxj. Luna xxx.

1	*Remigii conf pont.*	ix. lec.
	Bavonis, vedaſti & aliorum	*com.*
2	*Leodegarii martyris*	iij lec. pprie.
3	*Duorum ewaldorum marty.*	iij. lec. pprie.
4	*Franciſci conf. non pont.*	iij. lec. pprie.
5	*Benedicte virginis*	iij. lec.
6	*Fidis virginis*	iij. lec.
7	*Marci epiſ.*	iij. L.
	Marcelli & apulei	*com.*
8	*Bavonis conf. non pont.*	duplex.
	Sergii & bachi.	
9	*Dioniſii & ſociorum ejus marty.*	duplex.
10	*Gereonis & ſociorum ejus marty.*	iij. lec. pprie.
11	*Gummari confeſ. non pont.*	duplex.
	Tranſlatio auguſtini	*com.*
12	*Elevatio walburgis*	iij. lec. pprie.
13	*Athanaſii confeſſoris pont.*	iij. lec.
14	*Caliſti pape martyris*	iij. lec. pprie.
15	*Maurorum martyrum*	iij. lec.
16	*Galli abbatis confeſ.*	iij. lec.
18	Luce evangeliſte. *Rumoldi mar.*	*com.*
19	*Pelagie electe*	iij. lec.
20	*Capraſii martyris*	iij. lec.
21	*Undecim millia virginum*	duplex.
22	*Cordule virginis*	iij. lec. pprie.
23	*Severini confeſ. pont.*	iij. lec. pprie.
24	*Columbani conf. non pont.*	iij. lec.

Bonifacii

Anno 1598.

Bonifacii pontificis comm.
25 *Criſpini & criſp.* iij. lec. pprie.
26 *Amandi confeſ. pont.* iij. lec. pprie.
27 *Oct. undecim millia V.* iij. lec. pprie. Vigilia.
28 Symonis & jude aplor. duplex.
29 *Narciſci conf. pontif.* iij. lec. pp ie.
31 *Quintini & foyllani mar.* iij. lec. pprie.
Nox habet horas xiiij. dies vero x.

November habet dies xxx. Luna xxx.

Menſe Novembri.

1 Feſtivitas omnium ſanctorum triplex.
Ceſarii martyris comm.
2 Commemoratio animarum duplex.
Euſtachii & aliorum comm.
3 *Huberti confeſ pont.* comm.
5 *Felicis & euſebii mar.* comm.
6 *Leonardi conſ. non pont.*
7 *Willebrordi conf pont.* ix lec.
8 *Oct omnium ſanc. Quatuor coron.* com.
9 *Theodori martyris* iij. lec pprie.
10 *Martini pape martyris* iij. lec.
11 Martini epiſ. confeſ. duplex.
Menne martyris com.
12 *Lebuini confeſ non pont.* iij. lec pprie.
13 *Bricti confeſ. pont.* iij. lec. pprie.
15 *Eugenii martyris* comm.
18 *Oct. martini conſ pont.* ix. lec.
19 *Elizabeth electe* iij. lec pprie.
20 *Edmundi martyris* iij lec.
21 *Columbani conf. non pont.* comm.
22 *Cecilie virginis* ix lec.
23 *Clementis pape* ix. lec.
Trudonis & felicitatis comm.
24 *Criſogoni martyris* iij. lec.
25 Katherine virginis duplex.
26 *Lini pape & martyris* iij. lec.
27 *Maximi epiſ. confeſſoris* iij. lec.
29 *Saturnini & aliorum* iij. lec. pprie. Vigilia
30 Andree apoſtoli duplex.
Nox habet horas xvj. dies vero viiij.

Decem-

December habet dies xxxj. Luna xxx. — Anno 1598. Menſe Decembri.

1	*Eligii confeſſoris pont.*	iij. lec. pprie.
2	*Oct. katherine virginis*	iij. lec. pprie.
4	Barbare virginis	duplex.
6	Nicholai epiſcopi	duplex.
7	*Oct. andree apoſtoli*	iij. lec.
8	Conceptionis marie	triplex.
11	*Damaſi confeſſoris pont.*	comm.
12	*Lucie virginis*	iij. lec. pprie.
13	*Autberti conf. pont.*	ix. lec.
	Lucie virg. oct. nicholai.	
14	*Nichaſii epiſ. & martyris*	ix. lec.
20		Vigilia.
21	Thome apoſtoli	duplex.
24		Vigilia.
25	Nativitas jeſu chriſti	triplex.
26	Stephani prothomartyris	duplex.
27	Johannis evangeliſte	duplex.
28	Sanctorum innocentium	duplex.
29	*Thome canthuarienſis epiſ. & mar.*	com.
31	*Silveſtri confeſ. pont.*	comm.

Nox habet horas xvj. dies vero viij.

Poſt kalendarium ſequitur tabula *annorum communium & biſextilium, literarumque dominicalium.* Dein tabula *feſtorum mobilium & aurei numeri ſubjuncti. Noviluniorum canon* & *Carmina docentia per novilunia invenire Paſcha.*

Poſt regum feſta quere novilunia trina
Poſt dominicâ tertiâ ſacrum Paſcha celebra.

alia.

Poſt veris equinoctium quere plenilunium.
Et dominica proxima ſacrum celebra Paſcha.
Non verius invenies: ſi mille legas codices.

Dein. Carmina ad inveniendum LXX. Deinde ſequuntur tabulæ ſeu indices Pſalmorum, Nocturnorum cæterarumque horarum — Ordo Breviarii.

diei,

Anno 1598. diei, Dominicarum, Feſtivitatum per ordinem menſium. De communi Sanctorum, & denique Officiorum Communium.

Sequuntur dein Suffragia de S. Cruce, de noſtra Domina, de Angelis, de Apoſtolis & de omnibus Sanctis. Dein Benedictiones communes.

Deinde pro Dominicis diebus Invitatorium, pſalmi matutinales, Hymni, pſalmi ad Primam. Dein pſalmi matutinales & Laudum per ferias. Dein pſalmi Veſperarum dominicæ & feriæ II. Inde ad Primam, Tertiam, Sextam & Nonam. Dein feria III. &c. ad Veſperas. Sequuntur cantica Laudum per ferias. Dein Canticum trium puerorum & Zachariæ; dein Canticum Ambroſii & Auguſtini *Te Deum laudamus*, Canticum Mariæ *Magnificat* & Symeonis *Nunc dimittis*, Symbolum Athanaſii. Et Letania.

In iſta letania memorantur ſancti Lambertus, Quintinus, Martinus, Ægidius, Eligius, Amandus, Remigius, Servatius, Gaugericus, Bavo, Willibrordus, Gummarus, Rumoldus, Walburgis, Gertrudis, Amelberga, Juliana &c. ſequuntur dein Preces majores, Preces minores, Preces ad Primam. Dein Completorium.

Dein Communia Sanctorum, primò Apoſtolorum, Evangeliſtarum, De uno martyre, De Martyribus, De confeſſore Pontifice, De Confeſſore non pontifice; De confeſſoribus. De una Electa (*id eſt non Virgine*) De Virginibus.

Dein ſequitur. *Canticum S. Ambroſii & Auguſtini tranſmutatum in laudem glorioſe Virginis Marie.* Dein *Ad ſanctam Trinitatem oratio devota cum gratiarum actione.*

Dein: *Incipiunt hora de noſtra Domina ſecundum ordinarium eccleſie Antwerpienſis.* tunc: *Inci-*

Incipiunt vigiliæ mortuorum. Commendationes animarum; Sequuntur *preparamenta ante missam dicenda*; *preparamenta post missam dicenda. Oratio ad beatam Virginem.* Dein: *Incipit Roſarium beatæ Mariæ virginis glorioſæ. Oratio aurea de beata Maria data ab angelo ſancto Bernardo.* Anno 1598.

Sequitur. *Modus & ordo tenendi ſabbata de Beata* cum tribus lectionibus propriis pro ſingulo ſabbato. Hæc quidem omnia præmittuntur in utroque Tomo.

Sequitur tunc: *Incipit pars Hyemalis ab adventu domini uſque ad feſtum trinitatis breviarii ſecundum ordinarium eccleſiæ beatæ mariæ Antwerpienſis. Dominica prima Adventus &c.* fol. 105.

In Vigilia Nativitatis fol. 126. ponitur Evang. *Cum eſſet deſponſata* cum *omilia Originis canonicè correcta.*

Dein fol. 259. *Incipit proprium feſtivitatum ſanctorum tempore hyemali.* Referuntur feſta ſanctorum ordine, quo ponuntur in kalendario, abſque nota diei aut menſis.

S. Barbara, S. Nicolaus, S. Agnes & S. Agatha habent officia tota propria.

In ſecundo tomo ſequitur *de feſto SS. Trinitatis* cum ordinario de tempore uſque ad adventum.

Officium De Venerabili differt ab eo, quod habemus in Breviario romano; in ſecundi nocturni reſponſoriis & Capitulis. Et tres lectiones II. nocturni in romano conſtituunt ſex lectiones I. & II. nocturni in hoc Antverpienſi. Infrà Octavam eſt etiam quædam varietas notanter in lectionibus. Prima Lectio Dom. infrà Oct. ſic incipit: „Quotidie euchariſtiæ com„munionem accipere nec laudo nec vitupero: „omnibus tamen dominicis diebus ad commu„nicandum hortor. Si tamen mens in affectu „peccandi eſt, gravari magis dico euchariſtiæ „perceptione quàm purificari. Et ideo quamvis

Anno 1598. „quis peccato mordeatur, peccandi tamen de „cetero non, & communicaturus ſatis-faciat „lacrimis & orationibus, & confidens de „Domini miſeratione, accedat ad euchariſtiam „intrepidus & ſecurus. Sed hoc de illis dico, „quos peccata mortalia non gravant &c.“

Sequitur. *Explicit pars eſtivalis de tempore à feſto S. Trinitatis uſque ad adventum. Sequuntur expoſitiones evangeliorum ejuſdem partis.* Dein *Incipit proprium Sanctorum in tempore eſtivali.*

S. Rumoldus, S. Maria Magdalena, S. Lambertus, S. Remigius, S. Dioniſius & S. Katherina habent officia tota propria.

Poſt officium *SS. Herenei & Abundi Mart.* qui in kalendario ponuntur 26. auguſti, ſequitur officium *in feſtivitate feſtivitatum B. Marie*, quod inter Diœceſana nunc dicitur *Recollectio feſtivitatum B. M.*

In altero hujus Breviarii exemplari in fine ſecundi tomi illigatum eſt officium pro *feſto preſentationis beate marie virginis*, impreſſum ejuſdem formæ caracteribus ſed minoribus & minori formâ, quo autem anno non notatur. Inde colligere datur, eccleſiam Antverpienſem illud officium aſſumpſiſſe & legiſſe antequam aſſumpſiſſet breviarium romanum.

Hoc itaque Breviarium in uſu fuit in eccleſia Antverpienſi uſque ad hunc annum 1598., id eſt 102. annis, poſtquam prelo vulgata ſunt exemplaria, quæ habemus: & quis dubitat, quin illud ipſum anteà diu in uſu fuerit manuſcriptum.

Abolentur particularia breviaria. In his regionibus uſus habebat, quod non tantùm Cathedrales ſed etiam Collegiatæ eccleſiæ propria ſibi fabricarent Breviaria. Hoc pravam conſuetudinem vocat PIUS PP. V. in Bulla ſua data an. 1568. præfixâ Breviario romano:

ad

Anno 1598.

eò, quòd ſinguli ſuo modo deflecterent à veteri more pſallendi & legendi Eccleſiæ romanæ, & inde oriretur ſumma in clero ignoratio ceremoniarum & rituum eccleſiaſticorum. Hanc orandi varietatem PAULUS PP. IV. emendare conſtituens, proviſionaliter inhibuit, nè ultrà nova Breviaria permitterentur. Sed dictus pontifex morte præventus rem non perfecit. Succeſſor ejus PIUS PP. IV. quæ perfecerat PAULUS detulit ad Conc. Trid. à ſe revocatum. Concilium autem Trid. jam finiens reſtitutionem Breviarii reliquit Pontifici. Itaque Pio IV. mortuo rem perfecit PIUS PP. V., & Breviarium romanum reſtituit primævæ puritati. Quod cum peractum eſſet edidit Bullam prædictam: in qua imprimis tollit & abolet Breviarium Cardinalis Quignonii. Deinde: „Etiam abolemus, inquit
„Pontifex; quæcumque alia breviaria vel an-
„tiquiora vel quovis privilegio munita, vel ab
„Epiſcopis in ſuis diœceſibus pervulgata: om-
„nemque illorum uſum de omnibus orbis ec-
„cleſiis, monaſteriis, conventibus, militiis,
„ordinibus & locis virorum & mulierum, etiam
„exemptis, in quibus aliàs officium divinum
„Romanæ eccleſiæ ritu dici conſuevit aut
„debet.

Exceptis iis quæ 200. annis in uſu erant.

„Illis tamen exceptis, quæ ab ipſa prima
„inſtitutione, à ſede apoſtolica approbata,
„vel conſuetudine, quæ vel ipſa inſtitutio du-
„centos annos antecedat, aliis certis brevia-
„riis uſa fuiſſe conſtiterit. Quibus, ut invete-
„ratum illud jus dicendi & pſallendi ſuum offi-
„cium, non adimimus; ſic iiſdem, ſi fortè hoc
„noſtrum, quod modò vulgatum eſt, magis
„placeat (dummodo Epiſcopus & univerſum
„capitulum in eo conſentiant) ut id in choro
„dicere & pſallere poſſint, permittimus."

Anno 1598.

Publicatur in Belgio.

Data erat hæc bulla 8. julii anno 1568., id eſt jam à triginta annis. Et brevi promulgata fuit in Belgio & executioni mandari juſſa in ſynodo provinciali celebrata Mechliniæ 11. junii 1570.; ubi deſuper hæc leguntur titulo *De officio & cultu divino* cap. XVI. „ Mandat eadem Synodus, ut omnes ſe accommodent in „ lectione horarum tenori Bullæ apoſtolicæ per „ Pium papam V. editæ & hìc publicatæ."

Itaque omnes, qui ducentis annis in poſſeſſione erant utendi proprio Breviario, non tenebantur acceptare Breviarium romanum. Et inde videmus multos Religioſos Ordines, Diœceſes & Capitula hactenùs retinuiſſe propria Breviaria.

Qui autem ducentis annis in poſſeſſione non erant, tenebantur aſſumere Breviarium romanum. Hinc videmus recentiores religioſos Ordines & Ordines recenter reformatos, ac plures Diœceſes & Capitula, quæ ante propria habuerant, aſſumpſiſſe hoc Breviarium romanum.

Denique, qui ducentis annis retrò in poſſeſſione fuerant utendi proprio breviario, nè quidem poterant romanum aſſumere, niſi de conſenſu Epiſcopi & totius Capituli, id eſt omnium votis.

Vetus Antverpienſe abrogatur & aſſumitur Romanum.

Capitulum Antverpienſe triginta annis poſt præmiſſum pontificium mandatum dimiſit proprium ſuum breviarium, & acceptavit breviarium romanum, decernens capitulariter 19. junii hujus anni 1598. & mandans omnia præparari ad inchoandum officium romanum in Adventum proximum, ut conſtat ex Actis Capituli.

An autem Capitulum dimiſerit ſuum breviarium & aſſumpſerit romanum, quia ducentis annis in poſſeſſione non fuerat (quod veroſimile non eſt) an potiùs quia Romanum magìs placeret. & in eo acceptando omnes conſenſerint, non liquet.

Quod

Quòd autem per triginta annos poſt Decretum diſtulerit aſſumere Romanum, adſcribendum eſt turbis, quarum theatrum fuerat Antverpia. Conſtat Capitulum illud jam diù anteà intendiſſe: vidimus enim ſuprà ad annum 1575. Capitulum in erectione Paſtoratûs Caſtri Antverpienſis permiſiſſe Paſtori & Sacerdotibus ibidem ſe conformare cum novo uſu romano; quod certè non permiſiſſet, ſi met non intendiſſet aſſumere romanum breviarium & ritum. Licèt autem Capitulum Antverpienſe tam diù diſtulerit ſe accommodare Breviario romano, alii tamen in Provincia Mechlinienſi adhuc diutiùs diſtulerunt: quod patet ex Synodo provinciali Mechlinienſi celebrato anno 1607., in qua tit. *De Officio divino* cap. V. hæc leguntur: „In Ecclesiis, quæ necdum recepto uſu Romano „proprium officium adhuc ſervant &c."

Anno 1598.

Quod dilatum fuerat propter turbas.

Aſſumpſit itaque Capitulum Antverpienſe breviarium romanum. Sed cum aſſuetum eſſet colere plures Sanctos, quorum mentio non erat in breviario romano; notanter plures Sanctos hujus patriæ, aut qui hanc patriam prædicatione illuſtrârant, conſultum viſum eſt quædam officia talium Sanctorum ex proprio antiquo breviario retinere, & ea redigere ſeu reformare ad normam breviarii romani; idque factum eſt & ſunt illa, quæ vocamus OFFICIA DIŒCESANA quæque hìc ſubjungo.

Officia quorumdã Sanctorum reſervata.

8. JANUARII *Gudulæ virginis* ſemidupl.
In proprio breviario colebatur ritu duplici.
15. Sanctiſſimi Nominis Jeſu dupl. 2. claſs.
Feſtum hoc in proprio Breviario colebatur ritu triplici, id eſt, ut nunc dicimus, ritu 1. claſſis ſeu modo ſolemniſſimo. Officium hoc Breviario romano demùm inſertum eſt ſeculi XVIII. anno vigeſimo-primo.

Quæ dicuntur Diœceſana.

Annò 1598. 3. FEBR. *Blaſii epiſ. & mar.* ſemid.

In proprio : Duplex.

6. *Amandi epiſ. & conf.* ſemid.

Eſt primus Antverpienſium notus Apoſtolus, qui, ut ſuprà vidimus, indeterminatæ ſedis epiſcopus Antverpiæ circà an. 630. prædicavit, & eccleſiam conſtruxit infrà Burgum, in qua eccleſia, quæ S. Walburgis dicitur, colitur ut Patronus. In proprio breviario cum S. Vedaſto habebat hàc die *iij. lec. proprias.* & 26. octobris ſolus *iij. lec. proprias.*

25. *Walburgis virginis* duplex.

Sancta hæc Antverpiæ ſubſtitiſſe fertur ſeculo VIII., & antiquiſſima hujus civitatis eccleſia, quæ nunc parochialis eſt, ipſius nomini dicata eſt. In proprio breviario quater in anno fiebat ejus memoria 25. hujus depoſitio ejus *commemoratio.* 1. maii *iij. lec. propriæ.* 4. auguſti *iij. lectiones.* & 12. octobris Elevatio ejus *iij. lec. propriæ.*

17. MARTII *Gertrudis virginis* duplex.

Sancta hæc, quæ in hac patria vixit, Nivellis ſcilicet, & obiit, ſub ſimili ritu colebatur in proprio breviario.

23. APRILIS *Georgii martyris* duplex.

Sub nomine hujus ſancti dicata eſt in hac civitate una parochialis eccleſia. In proprio breviario etiam colebatur ritu duplici. Et ejus feſtum quotannis celebrandum in populo inſtitutum eſt ex voto anno 1485. in gratiarum actionem pro victoria ejus feſto die obtentâ per Antverpienſes. Noſtro tempore feſtum ejus obſervatum vidimus per totam parochiam; ſed illud, dum hæc primò ſcribebam, an. 1761. abrogabatur cum feſtis S. Andreæ & S. Jacobi, obſervari hactenùs ſolitis per reſpectivas illas parochias. In breviario romano colitur ritu ſemiduplici.

15. MAII *Dympnæ virginis & martyris* ſimplex.

Sancta

Sancta hæc, quæ in vita Antverpiæ ſubſtitiſſe refertur, idque veroſimiliter in initio VII. ſeculi, eodem ritu celebrabatur in proprio breviario. Anno 1598.

28. *Germani epiſ. & conf.* ſemid.

Epiſcopus Pariſienſis. Colebatur hoc die in breviario proprio ritu duplici.

25. JUNII *Lebuini confeſſoris* ſemid.

In antiquo breviario colebatur ritu duplici.

1. JULII *Rumoldi epiſ. & mart.* ſemid.

Sanctus hic, qui Mechliniæ ſeculo VIII. vixiſſe & martyrium ſubiiſſe creditur, in proprio breviario colebatur hoc die ſub ritu duplici, & ſiebat ejus commemoratio 18. octobris.

4. *Ordinatio S. Martini epiſ. & conf.* ſemid.

In proprio breviario colebatur hoc die ſub ritu duplici.

9. *Martyrum Gorcomienſium* duplex.

Horum martyrum, qui anno 1572. martyrium ſubierunt Gorcomii in Hollandia, officium acceſſit demùm inter officia Diœceſana an. 1714., quando petente *Petro Joſepho* Epiſ. noſtro id conceſſum fuit à Pontifice.

15. *Diviſio Apoſtolorum* ſemid.

In proprio breviario die 14. *ix lectiones*, id eſt eodem ritu.

Dominicâ tertiâ feſtum Dedicationis Eccleſiæ cathedralis dupl. 1. claſſis.

In proprio breviario celebrabatur 15. menſis ſub ritu triplici, id eſt eodem ritu. Vide ſuprà *pag.* 314 in Kalendario annotationes deſuper.

11. AUGUSTI *Gangerici epiſ. & conf.* ſemid.

Sanctus hic Epiſcopus Cameracenſis, adeoque & noſter, in proprio breviario habebat ix. lectiones, id eſt, eundem ritum.

Dominicâ infrà octavam Aſſumptionis B.

Anno 1598. Mariæ Virginis feſtum Circuitûs ſolemnis duplex 2. claſ.

Feſtum hoc non indicatur in proprio breviario.

Dominicâ ſequenti Recollectio feſtivitatum B. Mariæ Virginis dupl. 2. claſ.

Feſtum hoc in proprio breviario intitulatur *feſtivitas feſtivitatum beate marie*, & officium proprium refertur in ordine *Proprii* Sanctorum poſt 26. auguſti.

1. SEPTEMBRIS *Ægidii abbatis* ſemid.

In proprio breviario *ix. lectiones*, id eſt eodem ritu.

17. *Lamberti epiſ. & mart.* ſemid.

Sanctus hic Epiſcopus Trajectenſis colebatur in proprio breviario ſub ritu duplici.

1. OCTOBRIS *Remigii epiſ. & conſ.* ſemid.

Licèt S. Remigius Epiſcopus Remenſis haberet ritum in breviario romano, quem habuerat in breviario Antverpienſi, placuit tamen ejus feſtivitatem elevare ad ritum ſemiduplicem, idque apparenter ideò, quòd prædicatio Evangelii in his regionibus ipſi accepta haberetur: ipſe enim primus Francorum Reges, ſub quibus nos eramus, converterat ad fidem.

3. *Bavonis conſ.* ſemid.

De ſancto Bavone, qui ſeculo VII. in Flandria vixerat & obierat, in Antverpienſi breviario 1. hujus cum S. Vedaſto & aliis tantùm fiebat commemoratio, ſed 8. hujus de eo fiebat officium ritu duplici.

11. *Gummari confeſſoris* duplex.

De hoc ſancto, qui ſeculo VIII. circâ Liram vixit & obiit, fiebat officium in Antverpienſi breviario etiam ritu duplici.

21. *Urſulæ & ſociarum ejus virginum* duplex.

Feſtum harum virginum in antiquo breviario etiam hoc die celebrabatur ritu duplici ſub titu-

Anno 1598.

To *undecim millia virginum* & quidem 27. ejuſdem menſis ejus octava cum tribus lectionibus propriis.

3. NOVEMBRIS *Huberti epiſ. & conf.* duplex.

De S. Huberto, qui ſedem Trajectenſem ſeculo IX. Leodium tranſtulit, in breviario Antverpienſi tantùm fiebat commemoratio. Et in aſſumptione breviarii romani à Capitulo omiſſus fuit: donec ejus officium ſub ritu duplici inſertum fuit inter officia hæc Diœceſana inter annos 1686. & 1712.

7. *Willibrordi epiſ. & conf.* duplex.

S. Willibrordus tertius notus Antverpienſium Apoſtolus, qui anno 726. hìc dono Rauchingi, Antverpiæ Domini, poſſidebat Eccleſiam infrà Burgum, quam eodem anno tranſcripſit Abbatiæ Epternacenſi à ſe fundatæ, in Antverpienſi breviario colebatur cum novem lectionibus, id eſt ſub ritu ſemid.

1. DECEMBRIS *Eligii epiſ. & conf.* ſemid.

S. Eligius Epiſcopus Tornacenſis & Noviomenſis, ſecundus notus Antverpienſium Apoſtolus, Antverpiæ prædicavit circà annum 650., per 5. circiter annos identidem huc excurrens. Hic hoc die in breviario Antverpienſi colebatur cum tribus lectionibus propriis, & 25. junii fiebat de eo commemoratio.

4. *Barbaræ virginis & mar.* duplex.

De hac ſancta fiebat officium duplex etiam in veteri breviario, & veroſimiliter colebatur cum feſto in populo.

13. *Autberti epiſ. & conf.* ſemid.

In antiquo breviario habebat novem lectiones.

14. *Nicaſii epiſ. & mar.* ſemid.

Habebat in antiquo breviario novem lectiones.

Præter

Anno 1598. Præter hos ſanctos, quorum cultum retinendum Capitulum judicabat, plures alios colebat Antverpia, quorum non fit memoria in breviario romano; ut videre licet in præmiſſo Breviarii Antverpienſis Kalendario.

Miſſale Romanum aſſumptum. Sicut Eccleſia Antverpienſis proprium habuerat Breviarium, ſic dubitandum non eſt, quin habuerit etiam proprium Miſſale, ut nempè miſſæ reſponderent officio horarum: verùm Miſſale illud hactenùs inventum non eſt. Pontifex qui anno 1568. Bullam ediderat circà aſſumptionem Breviarii romani, conſimilem ediderat circà aſſumptionem correcti Miſſalis duobus annis ſeriùs, nempè anno 1570., quæ refertur & præmittitur in Miſſali romano. Hinc dubitandum non eſt, quin Capitulum Antverpienſe aſſumens Breviarium romanum, ſimul eodem tempore aſſumpſerit romanum Miſſale.

Joan. Charles J. C. & Minorita. Obiit hoc anno Mechliniæ 8. ſeptembris JOANNES CHARLES natus Antverpiæ anno 1526., qui Lovanienſem, Aurelianam, Patavinam & Bononienſem Academias ſtudiorum gratiâ adierat, & anno ætatis 24. Doctoratûs in utroque jure inſignia Patavii tulerat. In patriam redux Advocatum egerat Mechliniæ: dein apud Friſios ſenatui à conſiliis ac Procurator Fiſci; ac demùm anno 1575. ſenator ac ſucceſſivè Vice-præſes magni Conſiſtorii Mechlinienſis. Tandem ordinem Minorum amplexus in tirocinio vivere deſiit & ſepultus eſt apud FF. Minores Mechliniæ, ubi legitur ejus Epitaphium; quod refert Fop. *Bibl. Belg. pag.* 610. Scripſit *De rebus Gaſparis à Robles* Gubernatoris *Frigiæ in Frigia geſtis.* Opus quod demùm prelo vulgatum eſt Leovardiæ 1731. 4. Ita D. Paquot *Memoires litt. tom.* 11. *pag.* 126.

ABRA-

ABRAHAM ORTELIUS natus Antverpiæ anno 1527. patre Leonardo, avo Guilielmo (qui anno 1460. auguſtâ-vindelicorum loco natali relictâ Antverpiæ domicilium fixerat) inter primos ſui temporis Geographus, Mathematicus & linguis peritus. Poſt varia itinera in patriam reverſus vulgavit *Theatrum orbis terræ*, quo factus eſt Geographus Regis Philippi II. Dein dedit *Deorum Dearumque capita. Theſaurum Geographicum*, *Aurei ſeculi imaginem*. Et *Itinerarium per non-nullas Galliæ Belgicæ partes*. Vivere deſiit Antverpiæ 28. junii hujus anni 1598. conditus ad S. Michaëlis, ubi legitur ejus Epitaphium. Vide Fop. *Bibl. Belg. pag.* 3. Anno 1598. Abraham Ortelius obit.

Ortelio non diu ſupervixit amicus ejus & ſocius itineris per Gallias Belgicas & deſcriptionis earundem JOANNES VIVIANUS, Valencenas quidem nativitate ſed habitatione Antverpianus. Hujus domus velut officina quædam erat rei antiquariæ, veterumque omnis generis numiſmatum. Verſu jambico dedit *Cantica Canticorum* & *Eccleſiaſten Salomonis*. Plant. 1584. 16., inde laudatus à Juſto Lipſio. Obiit Aquiſgrani, quo belgicis turbis declinandis deceſſerat, 12. ſeptembris 1598. ibidemque eſt ſepultus. Joan. Vivianus obit.

Hoc anno 1598. THEODORUS GALLEUS Antverpienſis, Iconographus celebris, exhibuit Antverpiæ 4. *XII. Cardinalium maximè illuſtrium Imagines & elogia, atque imprimis Adriani VI. Pont.* Fop. *Bibl. Belg. pag.* 1122. Theodorus Galleus ſculptor.

Anni 1599. initio, inquit Haræus, haud modicus Antverpiæ fuit tumultus. Fœderatorum enim milites præſidiarii in Lillo & Lieſkenshoeck propugnaculum trans ſchaldim, cui à S. Anna nomen, inopinatò 18. Januarii aggrediuntur, interfectiſque paucis, qui armati ſe objecerant, cum preda revertuntur. Februarii 1599. Bellum hujus anni.

Anno 1599. die 9. vulgatur Bruxellis edictum ſub. nomine Infantis; *nè quiſquam ſuorum ſubditorum poſt hàc ullum mercium genus ſive exoticarum ſive domeſticarum ad Batavos, Zelandos eorumve ſocios, ſive rectè ſive obliquè ac per alios tranſmittat, aut miſſa ab eis mercimonia recipiat; quoad illi ad obedientiam fuerint reverſi.* Mox conſimile edictum vulgant Fœderati. Crevecœur regii capiunt 11. maii. Dein velitationes circà Bomeliam. Fœderati 25. auguſti obtinent Dotecemum in Friſia. Regii 3. novembris Genapium iterum occupant. Ex altera parte fœderati occupant Embricam.

Statuit Capitulum Antv. ut ab omnibus ſervetur uſus Romanus.

Anno præcedenti, ut ſuprà vidimus, Capitulum Antverpienſe dimiſſo proprio Breviario, cœperat in officiis celebrandis in Adventu Domini ſe conformare Breviario & Miſſali Romano: quia autem aliqui tardabant ſequi hoc exemplum, 4. junii in Capitulo communi Dominorum ſuffragio ſtatutum eſt, ut ab omnibus ſervetur uſus romanus; idque ut foret uniformitas, & nè diverſitas confuſionem pareret. *Acta Capituli.*

Confraternitas Circumciſionis petit Indulgentias

Cum jam omnia, devaſtata & depravata per tumultus heterodoxorum, ſenſim in primævum ſplendorem reſtituerentur; Confraternitas Circumciſionis, quæ jam ſteterat ab anno 1426., etiam conata eſt reſtituere cultum ſacri Chriſti Præputii: qui cultus ante tumultus ſolemnis fuerat; ſed deinde aliqualiter conciderat, eò quòd tempore tumultuum ſacer ille theſaurus per heterodoxos deprædatus & ſublatus fuerat. Perſeverabat tamen cultus: ut tamen ad primævum vigorem reduceretur, Confratres recurrunt Romam hoc anno 1599. petentes in eum finem à Pontifice privilegia & Indulgentias pro frequentantibus Capellam & officia divina, quæ celebrarentur in cultum prædictum: obtinuerunt

fuerunt autem petita à Clemente PP. VIII. per Bullam, quam refert Bollandus ad 1. Januar. *pag.* 8., unde eam ſubjungo. Anno 1599.

„CLEMENS Papa VIII. ad perpetuam rei „memoriam. Obtinet à Pontifice,

„Cum ſicut accepimus in eccleſia cathedrali „Antverpienſi una pia utriuſque ſexûs chriſti- „fidelium *Confraternitas* ſub invocatione *Cir-* „*cumciſionis Domini*, non tamen ex homini- „bus unius ſpecialis artis, canonicè inſtituta „exiſtit, quæ in piis caritatis operibus ſeſe „conſuevit exercere.

„Nos, ut Confraternitas præfata majora in- „dies ſuſcipiat incrementa, de omnipotentis „Dei miſericordia ac beatorum Petri & Pauli „Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omni- „bus utriuſque ſexûs chriſti-fidelibus, qui dictam „Confraternitatem de cætero ingredientur, *die* „*primo eorum ingreſſûs*, ſi verè pœnitentes & „confeſſi ſanctiſſimum euchariſtiæ Sacramentum „ſumpſerint, *plenariam*: & tam ipſis pro „tempore deſcribendis quàm jam deſcriptis „in ipſa Confraternitate confratribus in cujuſ- „libet eorum *mortis articulo*, ſi pariter verè „pœnitentes & confeſſi ſacrâque communione „refecti, vel quatenùs id facere nequiverint, „ſaltem verè contriti nomen Jesu ore vel „corde devotè invocaverint, etiam *plena-* „*riam*. Plenariam in die ingreſſus & mortis.

„Ac tam ipſis nunc & pro tempore Con- „fratribus, quàm aliis utriuſque ſexûs Chriſti- „fidelibus, etiam verè pœnitentibus & con- „feſſis ac ſanctiſſimâ communione refectis, qui „prædictæ Confraternitatis eccleſiam vel Capel- „lam in feſto *Circumciſionis Domini*, à primis „veſperis uſque ad occaſum ſolis ejuſdem feſti, „ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro „chriſtianorum Principum concordia, hæreſum Plenariam pro omnibus in die Circumciſionis.

„extir-

Anno 1599. „ extirpatione ac ſanctæ matris eccleſiæ exalta-
„ tione pias ad Deum preces effuderint, *plena-
„ riam* ſimiliter omnium peccatorum ſuorum
„ *Indulgentiam* & remiſſionem miſericorditer in
„ Domino concedimus.

Aliæ pro Confratribus. „ Inſuper eiſdem nunc & pro tempore ex-
„ iſtentibus Confratribus utriuſque ſexûs, qui
„ dictam eccleſiam vel Capellam in *S. Arnulphi*
„ Epiſcopi, *Beggæ* Duciſſæ, *Gertrudis* &
„ *Ivonis* advocati pauperum *feſtivitatibus* piè
„ viſitaverint & ibi ut præfertur oraverint,
„ *ſeptem annos & totidem quadragenas*; quo-
„ ties verò Miſſis & aliis divinis officiis in dicta
„ Confraternitate pro tempore celebrandis &
„ recitandis; ſeu congregationibus publicis vel
„ privatis ejuſdem Confraternitatis ubivis facien-
„ dis interfuerint; aut pauperes hoſpitio ſuſ-
„ ceperint, vel pacem cum inimicis propriis
„ vel alterius compoſuerint ſeu componi fece-
„ rint vel procuraverint; nec non etiam; qui
„ corpora defunctorum tam Confratrum quàm
„ aliorum ad ſepulcrum aſſociaverint; vel quaſ-
„ cumque per ipſam Confraternitatem Proceſ-
„ ſiones de licentia Ordinarii fieri ſolitas, dic-
„ tumque Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramen-
„ tum tam in Proceſſionibus quàm ad infirmos
„ aut alios ubicumque & quomodocumque
„ pro tempore deferetur; comitati fuerint;
„ aut campanæ ad id ſigno dato ſemel oratio-
„ nem dominicam & ſalutionem angelicam dixe-
„ rint, aut etiam quinquies orationem domi-
„ nicam & ſalutationem angelicam pro anima-
„ bus defunctorum Confratrum dictæ Confra-
„ ternitatis recitaverint, aut devium aliquem
„ ad viam ſalutis reduxerint & ignorantes
„ præcepta ea, quæ ad ſalutem ſunt docuerint,
„ aut quodcumque aliud pietatis vel charitatis
„ opus exercuerint, toties pro quolibet præ-

„ dictorum

„ dictorum operum *ſexaginta dies* de injunctis „ eis, ſeu aliàs quomodolibet debitis pœnitentiis, in forma eccleſiæ conſueta *relaxamus*: „ Præſentibus pro confratribus perpetuò; pro „ non confratribus verò ad decennium, dempto „ anno Jubilæi, valituris, contrariis non obſtantibus quibuſcumque.

Anno 1599.

„ Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub „ annulo piſcatoris die iij. novembris MDXCIX. „ Pontificûs noſtri anno VIII. ſubſignatum M. „ Veſtrius Barbianus."

Perſeverat Confraternitas & memoria S. Præputii

Confraternitas hæc ſub titulo *Circumciſionis* ſubſiſtit uſque in hodiernum diem, at non niſi inter Viros primarios tum cleri tum populi. Et memoria ſacri Chriſti Præputii, licet ſublati tempore tumultuum, celebratur quotannis cum generali Proceſſione in feſto SS. Trinitatis.

Albertus & Iſabella inaugurantur Marchiones S.R.I.

Archidux ALBERTUS, qui anno præcedenti in Hiſpaniam deceſſerat, inde in Belgium deducturus ſponſam ISABELLAM; cum ea rediit hoc anno 1599., & 5. ſeptembris omnium gratulatione Bruxellis excepti ſunt. Pompas ibidem exhibitas deſcribit Bochius. Cumque ab itinere quieviſſent, ſeque collegiſſent; 24. novembris Lovanium Brabantiæ metropolim ingrediuntur, & ſequenti die Ordinibus ſolemne præſtant & ab iiſdem accipiunt juramentum. Quo die ſignatus eſt eorum *Lætus Introitus*, relatus *Edic. Brab. tom. I. fol.* 210. Lovanio relicto Duces Bruxellam repetunt, ibidemque 28. novembris itidem inaugurati; 5. decembris Arcem Antverpienſem ingrediuntur, ac quinto poſt die ante domum ſenatoriam juramentum conſuetum præſtant & accipiunt incredibili pompâ & magnificentiâ, quam latè deſcripſit idem Joannes Bochius.

Juramenta

Anno 1599.

Juramenta utrimque præstita.

Juramenta hac occaſione, tum per Principes tum per Civitatem; mutuo præſtita; referuntur in regiſtro Cameræ Panni-parorum fol. 39., unde illa hic ſubjicio: Et primò quidem Juramentum Principum ſic ſonans.

Juramentum Principum.

Wy ALBERT ende ISABELLA-CLARA-EUGENIA Infante van Spaignen by der Gratien Godts Eertshertogen van Ooſtenryck, Hertogen van Bourgoignen, van Lothryck, van Brabant; van Limborch, van Luxemborch ende van Gelre; Graven van Haſbourch, van Vlaenderen; van Artoys, van Bourgoignen, van Tirol; Palſgraven, ende van Henegouts; van Hollandt, van Zeelandt; van Namen ende van Zutphen; Marckgrave des heylichs Ryck van Roomen, Heere ende Vrouwe van Vrieſlandt; van Salins ende van Mechelen; van der ſtadt Steden ende landen van Vuytrecht, Overeyſſel ende Groeningen; te weten wy EERTSHERTOGE als man ende momboir van de voirſ. doorluchtichſte Infante; ende wy INFANTE als erfachtige Vrouwe ende Princeſſe van de voirſ. Landen; omme te voldoene ende te volbrenghen t'ghene, dat den xxj. van augusti duyſent vyf hondert ende achtentnegentich by ons ende van onſen t'wegen belooft ende bezworen is geweeſt aen elcken van den Staten van herwaertsovere, alſdoen vergaedert in de ſtadt van Bruſſel in de groote Zaele van ons Pallys aldaer; Sweeren dat Wy der heyliger kercken recht, der ſtadt recht van Antwerpen ende Marckgraefſſchappe des heylichs roomſchen rycx, gemeynlijck haer ſtatuyten, privilegien, charteren, vryheden ende alle haere rechten, hercommen oude ende nyeuwe, mitſgaders oock den privilegien van der blyder Incomſte, *die by ons ende onſen ouderen ende voirſaten den Staten des Landts van Brabant gegunt ende*

verleent

verleent zyn , nyet daer inne vuytgeſcheyden , vaſt ende geſtenich houden ſelen ende doen onderhouden ; ende dat wy daer tegens nyet doen en zullen oft laten doen in't geheel oft in deelle in der gheender maniere ; ende dat wy al doen ſullen , dat goede gerechtige Heeren hunne ſtadt van Antwerpen ende Marckgraven van der Marckgraeffſchape des heylichs Roomſchen ryck hunne goede onderſaten , deſſelfs ſtadts ende Marckgraeffſchaps ſchuldich zyn te doen : ende allen t'ghene iwes ter contrarien innegebrocht, verandert ofte geinnoveert is , repareren ende ſtellen in zynen eerſten ſtaet. Alſoo moet ons Godt helpen ende alle zyne heyligen. Anno 1599.

Sequitur Juramentum Civium.

Wy Borgemeeſteren , Schepenen *ende* Raedt *ende gemeyne ingeſetenen der ſtadt van Antwerpen in't gemeyne ende eenygelyck van ons beſundere ſweeren de deurluchtichſte Princen ALBERT ende ISABEL-CLARA-EUGENIA Infante van Spaignen by der gratien Godts Eertshertogen van Oiſtenryck , Hertogen van Bourgoignen , Lothryck , Brabant , Limborch &c. Graven van Vlaenderen , Arthoys &c. onſe Heeren ende natuerlijcke Princen , die hier tegenwoirdich ſtaen , dat wy u goet ende getrouw zyn zullen , ende al doen , dat goede getrouwe lieden ende onderſaten hunne gerechte Heeren ſchuldich zyn van doene. Alſoo moet ons Godt helpen ende alle zyne Heyligen.* Juramentum Civium.

Secundo poſt hanc ſolemnitatem die , id eſt 12. decembris , Principes deſuper civitati dederunt publicum inſtrumentum , in quo juramenta hæc tum latinè , tum flandricè relata ſunt. In eo teſtes adhibiti ſunt Nuntius apoſtolicus & multi hujus patriæ Principes. Refertur illud Inſtrumentum integrum in Regiſtro Cameræ Panni-parorum *fol.* 108. Principes deſuper dant Inſtrumentum publicum.

Anno 1599.

Senatus exponit deplorabilem ſtatum.

Hoc menſe Senatus Antverpienſis in Concilio ... lato retulit Opinionem ſuam circà propoſitionem ſeu petitionem ſibi factam à Principe; eâque occaſione opinioni ſuæ inſeruit enarrationem deplorandi ſtatûs civitatis Antverpienſis diſtrictuumque ab ea dependentium. Opinio iſta refertur in regiſtro cameræ Panni-parorum *fol.* 52. *verſo*, unde ſubjuncta, quæ attentionem merentur, excerpſi.

Diſtrictuum ſeu Quarteriarum Antverpienſium.

Synde notoir dat het voorſ. Quaertier (van Antwerpen) over twintich jaeren ende meer altydts frontier geweeſt zynde tegens den vyandt, overzulcx oock meer dan eenich ander is onderworpen geweeſt de ſoldaten van d'eene en d'andere zyde; hebbende boven de zwaere laſtige contributien, die t'zelve in't beſundere neffens dat van den Boſſche geleden heeft, oick daer nae moeten dragen alle laſten, die van Princen ende des Landtſwegen opgeſeth ende geconſenteert zyn geweeſt, ende de executien der ſelver: ende daer beneffens moeten lyden, niet alleen de foullen, paſſagien ende repaſſagien van onſen volcke, zoe wanneer daer ten minſten aenſlag tegens den vyandt is geweeſt, oft dat men t'zelve volk heeft willen doen overwinteren; maer en is onder-tuſſchen oick nyet beſchermt oft verſchoont geweeſt tegens den ſelven vyandt, de welcke des evenwel t'zelve heeft belaſt naer zyne beliefte; hebbende oick zedert een jaer, ofte wat herwaerts, zyne contributien zoe gehoocht, dat men bevindt, dat het ſelve Landt, in plaetſe van tweelff maenden, zeven-en-veirtich maenden ende alſoe viermaels meer heeft gegeven dan oyt te voirens, boven alnoch de onbehoirlycke ende onverdrachelycke executien daer omme geleden, die wel zoe vele zyn bedragende.

Alle

Alle t'welck t'voirſ. Landt heeft gebrocht tot zulke deſolatie, beſundere oick van vyandts-wegen t'elcken belaſt worddende met het opruſten van henne Ruyteren, zoe wanneer die ergerincx zyn gedevaliſeert. Ende daer-en-boven oick gedragen hebbende de zwaere laſten, zoe van den leger, den voirleden ſomer gelegen hebbende in Bommelderweert, als van de gealtereerde zoe van Liere als van den Caſteele van Antwerpen ende Herentals, daer van zy oick alnoch niet en worden verſchoont; dat te vreeſen is, zoe verre daer inne gheen remedie gevonden en wort, t'zelve zal vallen in uyterſte ruyne, ende ſolder tittel oft nyemant overblyven, omme henre Hoicheden eenigen voirderen dienſt te mogen doen. Anno 1599.

Ende aengaende de ſtadt, boven dyen dat de zelve vuyt conſideratie van zoe vele gedaene dienſten ten tyden van den Keyſer CAREL *ende van zyne Majeſteyt hooch-loffelyker memorien, zoe groff ende zwaerlyck is belaſt, dat men voir de handt ſiet, dat het onmogelyck is de zelve met haere middelen alleene te vervallen, alwaert oick dat de oirloge quame te ceſſeren. Zoe ſyn haer oick nu onlancx overgecomen ſoe vele zwaericheden, zoe vele alteratie van den voirſ. Caſteele, die haer zoe vele duyſenden heeft gecoſt, ſonder hulpe van yemanden, als by het verboth van de Licenten, aff-ſettinge van de Munte, courtreſſe ende gebreck van gelde ende ceſſatie van de cleyne commerche ende traffique, de welcke alhier was reſterende; dat men de ſelve ſiet voir de handt diminueren ende te nyette ghaen: ende en is niet te twyffelen, zal ten leſten vallen in zulke deſolatie, dat de ſelve nyet te helpen en ſal zyn, ſoo verre t'ſelve moet continueren.* Item Civitatis.

Anno 1599. *Beſundere ende te meer dat men nyet alleene toe-en-laet, dat den Coninck van Vranckrijk te Calis ende elders, daer als nu de princi-paelſte coopmanſchappen moeten paſſeren, liche alle alzulcke Impoſitien, als hem geliefſt; oick ſwaerder weſende dan de Licenten van den vyant oit zijn geweeſt, alles tot grooter ach-terdeelle van de goede, onderſaten van heure voirſ. Hoicheden, ende proffyt van den ſelven vyandt, die de ſelve coopmanſchappen overſulcx meer ende meer wort toegevuert, ſonder dat men eenich debvoir doet, om t'ſelve te beletten, gelijck het wel ſoude cunnen en behoiren te ge-ſchieden.....*

Maer dat erger is, wort op den Rhijn ende Maeſe oick openbaerlijck toegelaten by de Gou-verneurs van der plaetſen, die heure Hooiche-den *aldaer zyn hebbende, ende naementlijck te Rhynsberch ende elders, dat nyet tegenſtaende t'verboth van de voirſ. entrecours oft Licenten de eedtwaeren ende coopmanſchappen aldaer even-wel paſſeren: t'welk wederomme medebrengt eene onſprekelijcke prejuditie voir de reſte van den lande ende beſundere voir deſe ſtadt; aldaer niet te doen weſende, dan voir zoe vele bin-nen ſlandts noodich is; oick alle trafficq ende commerche ende overzulcx alle middel comt te ceſſeren, omme de ſelve langer te onderhouden: verre van daer is, dat men van haere wegen vele zouden cunnen geven.*

Dies te min daer toe alnoch concurrerende de deſolatie ende verwoeſtinge van den voirſ. Quaertiere, daer van de laſten oick al ten leſten commen te vallen ende redonderen op de ſtadt, haere borgeren ende ingeſetenen, die daer om-me alle ſoorten van eetwaeren dies te dierdere ende exceſſiver moeten coopen. Ende ondertuſſchen mits de armoede ende laſten van den voirſ.

Quar-

Quaertiere ende het onbehoirlijck recht van confiſcatie, d'welck hun als proprietariſſen by den vyant wort afgedrongen; ende ontfangen de ſelve luttel ofte nyet van hunne goeden, in den ſelven Quaertier gelegen, om hun by gebreke van andere middelen daer mede te onderhouden, gelijck in de andere ſteden gebeurt. Anno 1599.

Hic itaque habemus ideam malorum, quæ diuturna bella cauſârunt civitati & regionibus ab ea dependentibus. Hæc autem mala adhuc decem annis durârunt, uſque nempè ad inducias anni 1609.

Qui duravit adhuc decem annis.

Obiit hoc anno 13. januarii JOANNES LIVINÆUS Canonicus & Cantor cathedralis Antverpienſis; natus Teneramundæ anno 1547. matre Clarâ Lævini Torrentii Antverpienſium Epiſcopi ſorore; Gandavo oriundus & à primis inibi annis educatus, unde & Gandavenſem ſcribere ſe maluit. Græcas latinaſque litteras Coloniæ hauſit; quibus Lovanii ſacra adjecit ſtudia. Romam indè profectus bibliothecam vaticanam aliaſque luſtravit atque excuſſit, græcamque LXX. interpretum verſionem ad libros calamo exaratos unà cum *Guilielmo Cantera* contulit. Plura latinè è græco interpretatus eſt, quæ indicat Fop. *Bibl. Belg. pag.* 678. Obiit Antverpiæ anno ætatis 52. conditus in Cathedrali, & juxtà Præſulis Torrentii tumulum hoc legitur Epitaphium.

Joan. Livinæus Can. & Cantor obit.

D. O. M.

Joannes Livinæus *Gandenſis L. Torrentii Antverp. Epiſcopi ex ſorore nepos, Canonicus & Cantor hujus eccleſiæ, qui ut genere & conditione, ſic & tumulo proximus avunculo, hic queſcit; à græcis Patribus illuſtrandis, in qua lingua valde excelluit, è medio curſu abreptus ætatis LII., Chriſti anno MDXCIX. Idib. Jan.*

Ejus Epitaphium.

Anno 1599. Etiam hoc anno obiit ZACHARIAS LIPPELOUS Antverpianus, qui è J. U. Baccalaureo factus carthuſianus Coloniæ agrippinæ ante ætatem moritur anno æt. 34. professionis 12. In compendium redegerat ediderat que Coloniæ tom. IV. 8. *Vitas Sanctorum* collectas à *Laurentio Surio* ejuſdem Instituti Religioſi, quibus ſummam addidit Cornelius Graëfius itidem Carthuſianus. Fop. *Bibl. Belg. pag.* 1168. D. Paquot *Mem. lit. IV. pag.* 206.

Zacharias Lippeloo Carthuſianus

Hoc ſeculo vixit hic GABRIEL MEURIER Avênenſis hanno, qui callens linguas gallicam, flandricam, hiſpanicam & anglicam, in illis ſcholarcham egit in hac civitate à medio circiter ſeculo ad finem ferè uſque. Vulgavit plura eo relativa, & notanter concernentia probam educationem filiolarum, quæ exhibet D. Paquot *Mem. lit. tom. VIII. pag.* 32.

Gabriël Meurier Scholarcha.

1600. Dum anni 1600. initia inaugurationibus novorum Principum ALBERTI & ISABELLÆ variis in Urbibus parantur, Fœderati *Wachtendoncham* cum Arce inſidiis occupant, quam ante 12. annos Regii poſt duorum menſium obſidionem ceperant. Dein menſe februario, quo Regii per glaciem magna contra fœderatos molirentur, obſtitit variis in locis regiorum militum ſeditio. Interim fœderati 24. martii *Crevecœur* munimentum non longè à Silva-ducis obtinent; ſicut & 7. maii munitionem *S. Andreæ*. Dein Mauritius exercitum fœderatorum 17. junii ducit in Zelandiam liberaturus *Oſtendam* à diuturna obſidione; ſed de hoc deſperans appellit 21. junii ad ſcaldis oſtium, non procul à portu Gandenſi. Occupat *Philippinam* & alias munitiones, & Oſtendam pervenit 28. junii. Archidux accurrens varias munitiones recuperat, & commiſſo cum Mauritio prælio

Bellum hujus anni.

infeli-

infelicem eventum habuit. Poſt victoriam Mauritius varia tentavit fruſtrà.

Die 19. julii Bergas ad Zomam convenerunt Legati utrimque, ſi pax ſanciri poſſet: ſed 22. ejuſdem re infectâ deceſſerunt.

Tentatur Pax fruſtra.

Dein Zelandi 29. novembris triremem inſignem cum aliquot celocibus Antverpiam deſtinant, & prætoriam Antverpienſium navim, ex adverſo ejus urbis partis, quæ Nova-civitas dicitur, in anchoram ad Flandricam ripam ſtantem, aggrediuntur. Utrimque acriter pugnatum eſt; ſed Antverpienſes numero inferiores tandem natando ferè omnes ad ripam evaſerunt. Inde Zelandi cum prætoria illa Antverpienſi & octo præterea navibus captivis Lilloum ſunt reverſi. Audax hoc facinus magnum Antverpiæ tumultum excitavit. Verùm nè quid tale poſt hàc ab hoſte eſſet metuendum, in ipſa ripa propugnaculum extructum eſt.

Turbata Antverpia.

Religioſi S. Bernardi, qui, ut ſuprà vidimus, anno 1598., cum Epiſcopum inducere non poſſent ad conſentiendum in dimembrationem Abbatiæ ab Epiſcopatu, Romam deputaverant ad illic obtinendum, quod hic obtinére non poterant; videntes iter illud non ad nutum ceſſiſſe, fortiùs inſtare cœperant apud Epiſcopum, à quo tandem hoc anno 1600. conſenſum obtinuerunt, ſimul & conſenſum Capituli Cathedralis, & tranſactio facta eſt ſuper diſſolutione & bonorum ſeparatione & perpetua dote Epiſcopatûs. Principes autem Belgii bonorum ſeparationem & aſſignationem quidem approbârunt; ſed judicârunt abſolutam ſeparationem pro tempore nondum convenire, cum totum monaſterium adhuc jaceret in ruinis. Et ſic negotium iſtud adhuc multis annis infectum hæſit. Conſtat hoc ex *Tranſactione* ſuper diſſolutione inita anno 1636. infra ſuo loco referenda.

Epiſcopus & Capitulum conſentiunt in ſeparationem Epiſ. ab Abb.

Principes eam probant, ſed differunt.

Anno 1600.

Baro de Rodes fundat in hoſpitali.

Doctorem, Chirurgos & Medecinas,

Prænobilis Dominus SIMON RODRIGUES PERETTI Baro de Rodes, domo Luſitanus, incola Antverpienſis, qui ob divitias & ſplendorem domûs vulgò dicebatur Regulus *den cleynen Konink*, divitias ſuas Deo acceptas referens partem earum pietatis operibus impendit. Anno ſiquidem 1596. 15. martii contulit per litteras ſcabinales in Hoſpitali S. Elizabethæ ſummam 500. florenorum annuè in reditibus ad nummum vigeſimum (anno 1740. reductis ad 3. in centum) ad onus hujus civitatis, pro Doctore medico, duobus Chirurgis & medicinis ad opus pauperum ægrotorum in dicto hoſpitali pro tempore decumbentium. Sic ut doctor medicus haberet annuè 100. florenos, duo chirurgi quisque 50. & pro medicamentis ſingulis annis 300. floreni.

Et piam domum S. Annæ pro 12. feminis bonæ familiæ.

Idem hoc anno 1600. piam domum fundavit ſub titulo S. Annæ viâ de *Vuyle-ſtraet* pro duodecim feminei ſexûs honeſtiore loco natis, ſed gradu & opibus variante fortunâ excluſis. Domum emit duodecim florenorum millibus, hortum tribuit & Sacellum addidit, ſed & Sacerdotem præfecit, qui ſacris indiès operetur & ſacratiore verbo paſceret. Dotem inſcripſit, quæ eis convenienter alendis ſufficiat & famulam eis adjunxit. Domus hæc hodieque ſubſiſtit, eſtque ſub cura Eleëmoſynariorum civitatis: verùm multùm paſſa eſt pia hæc fundatio multitudine litium, quas identidem debuit ſuſtinere: & notanter cum Aula declarâſſet, omnia bona piarum fundationum, quæ amortizata non erant, poſſe reclamari per hæredes fundatorum: inde enim anno 1756. linea una, quæ quartam hæredum fundatoris partem conſtituebat reclamavit bona hujus fundationis, repetivitque in Concilio Brabantiæ. Eleëmoſynarii tamquam curatores hujus domûs repoſuerant

vant; & interim, dum lis agitabatur, de conſenſu reliquorum hæredum petiverunt & obtinuerunt amortizationem; ſed cum linea reclamans obtinuiſſet in Concilio Brabantiæ, quarta pars valoris fundationis eis reſtitui debuit. Sic domus, licèt in proventibus notabiliter imminuta, adhuc ſubſiſtit ſubſiſtatque diu. Anno 1600.

Cornelius de Jode Antverpianus Coſmographus, qui anno 1595. ediderat fol. *Introductionem geographicam in Tabulas Europæ, Aſiæ, Africæ & Americæ* à ſe evulgatas, obiit hoc anno 17. octobris Montibus Hannoniæ (ubi legitur ejus Epitaphium) rediens ex Hiſpania in florida 32. annorum ætate. Fop. *Bibl. Belg. pag.* 209. Corn. de Jode coſmographus.

Duo item chalcographi Joannes & Raphaël Sadeler fratres, nativitate quidem Bruxellenſes ſed educatione Antverpienſes, quorum ille hoc anno quinquagenarius obiit, plura ediderunt, quæ indicat Fop. *Bibl. Belg. pag.* 1055. Raphaël Sadeler chalcographus.

Ab anno ſuperiore tumultuabantur adhuc variis in locis milites Archiducis Alberti: ad Antverpiam quoque nautæ & claſſiarii ſeceſſionem minabantur, obſeſſo tam infrà quàm ſuprà urbem flumine: ſed mutuo ſumptâ à civibus pecuniâ, ſolutiſque ſtipendiis, tandem ſedati ſunt. Intereà ex Italia expectabantur novæ copiæ magnaque auri vis; ſed non niſi menſe julio in Belgium appulerunt. Hoc menſe die 30., cum Archidux occuparetur in recipiendis dictis ex Italia novis auxiliis & inchoaret triennalem obſidionem Oſtendanam, fœderati obſident & obtinent Rhynbercam: tum fruſtrà obſident Sylvamducis. 1601. Bellum hujus anni.

Cum Leproſi, qui non inhabitabant Leproſarium *Ter-zieken*, promiſcuè habitarent inter ſanos & indè timeretur infectio; Senatus anno Leproſis aſſignantur duo loca in civitate.

Anno 1601. anno 1552. ipſis conſtruxerat domunculas ſeu Leproſarium in ſuburbio extrà portam rubram ad. *Dam-brugge*, eòque omnes adegerat, conſtituto Decano, qui ipſis ſuperintenderet. Hoc autem tempore plures neutrum Leproſarium inhabitantes, ſparſim iterum vivebant inter ſanos, apparenter quia propter continuum bellum quietè & ſecurè non habitarent in *Dam-brugge*, & domunculæ ibidem fortè deſtructæ eſſent. Inde Senatus ipſis favens & tamen prævenire volens contagionem, eis duo loca aſſignat in civitate, in quibus liberè morarentur, nimirum viam *de Lepe-ſtraet*, quæ eſt vicinia Leproſarii *Ter-zieken*, & locum juxtà *Huyvetters-toren*; idque per decretum datum hoc anno 1601. 11. ſeptembris. Verùm hæc licentia revocata eſt per Senatum anno 1614. iterumque adacti ſunt ad Leproſarium in Dam-brugge.

Capitulum Archipresbyteratum & Pœnitentiariam. In Erectione Epiſcopatûs hujus civitatis ſtatutum erat, quod Epiſcopus haberet Archidiaconum, Archipresbyterum & Pœnitentiarium, ſic ut tres primò vacaturi canonicatus cederent poſſidentibus iſta officia. Hoc quidem effectum habuit. Sed quæſtio erat de erigendis dictis officiis in Dignitates, quæ præferentiam haberent in capitulo & in choro. Capitulum, quod ſibi ab antiquo competere contendebat jus Archidiaconale in civitate & ſuburbio, nolebat officia illa tamquam dignitates admittere in capitulo & choro, niſi Epiſcopus & nominati ad dicta officia declararent jus Capituli deſuper manſurum ſalvum. Vidimùs ſuprà ad an. 1575. Epiſcopum SONNIUM, eo anno quinto Epiſcopatûs ſui, quæſtionem terminâſſe circà Archidiaconiam, dando prædictas litteras *non præjudicii*, quæ ibidem relatæ ſunt, & Archidiaconum tunc in capitulo & choro admiſſum

miſſum fuiſſe tamquam in dignitate conſtitutum, aſſignato ei loco primo poſt Decanum. Anno 1601.

Quantùm ad Archipresbyteratum & Pœnitentiariam eadem quæſtio demùm terminata fuit hoc anno, quo Epiſcopus de Berges ſimiles deſuper litteras *non præjudicii*, per Notarium confectas, dedit Capitulo 25. ſeptembris, quas hic ex originali ſubjungo. Obtentis ab Epiſcopo.

„IN NOMINE Domini amen. Tenore Litteris non præjudicii.
„præſentis publici inſtrumenti cunctis pateat
„evidenter & ſit notum, quod anno ejuſdem
„Domini milleſimo ſexcenteſimo primo menſis
„ſeptembris die vigeſimâ-quintâ, Reverendiſſi-
„mus & illuſtriſſimus Dominus D. GUIL-
„HELMUS DE BERGES, ex Baronibus Grim-
„bergenſibus Epiſcopus Antverpienſis, in mei
„Notarii publici & teſtium infraſcriptorum præ-
„ſentia, perſonaliter comparens, declaravit pro
„ſe & ſucceſſoribus ſuis Epiſcopis Antverpien-
„ſibus, quod per erectionem Dignitatum Ar-
„chipresbyteratûs & Pœnitentiariæ in Eccleſia
„ſua Cathedrali beatæ Mariæ Virginis Antver-
„pienſis nullo modo intendit præjudicare aut
„aliquo modo detrahere privilegiis, juribus,
„authoritati aut præeminentiæ Rrum Domino-
„rum Decani & Capituli dictæ Cathedralis Ec-
„cleſiæ Antverpienſis in jure Archidiaconali,
„ſeu aliter: ſed illos & dictum Capitulum
„in omnibus integros & integrum, illæſos &
„illæſum ſervare, prout & illos & illud inte-
„gros & integrum, illæſos & illæſum ſervat
„& habet, ac ſervare & habere vult: con-
„ſentiens ſua Reverentia, ut hujus declarationis
„acta ſeu inſtrumentum publicum dictis Reve-
„rendis Dominis Decano & Capitulo, aliiſ-
„que, quibus opus erit, à me Notario pu-
„blico edatur & expediatur in meliori & am-
„pliori forma.

„Acta

Anno 1601.

„ Acta fuerunt hæc in Civitate Antverpienſi, „ in palatio Epiſcopali anno menſe & die qui- „ bus ſuprà, præſentibus . . . . Signatum M. Yerſ- „ ſell. "

Erigit in Dignitates.

Cum autem hanc declarationem dediſſet Epiſcopus, Dominus *Reinerus à Brakel* Archie- presbyter & Dominus *Petrus à Santfort* Pœniten- tiarius inſtiterunt, quatenùs Capitulum officia ſua admitteret tamquam Dignitates; quod Ca- pitulum tertio poſt die perfecit, cum priùs dicti Domini, ſicut Epiſcopus fecerat, decla- râſſent, ſe poſt dictam erectionem nullum præ- judicium allaturos juribus Capituli. Et Archi- presbytero aſſignatus eſt locus poſt Cantorem, & Pœnitentiario locus poſt Archipresbyterum, deſuperque confectus eſt Actus notarialis, quem ex originali ſubjungo.

Litteræ Capituli deſuper.

Ex Archivis Capituli.

„ IN NOMINE Domini amen. Tenore præ- „ ſentis publici inſtrumenti cunctis pateat „ evidenter & ſit notum, quod anno ejuſdem „ Domini milleſimo ſexcenteſimo - primo habitâ „ per Rdos Dños DECANUM & CAPITULUM Ca- „ thedralis Eccleſiæ beatæ Mariæ Virginis Ant- „ verpienſis ſeriâ deliberatione, ad inſtantiam „ Dñi *Reyneri à Brakel* tamquam Archipresby- „ teri & Dñi *Petri à Santfort* tamquam Pœ- „ nitentiarii, pro aſſignando illis loco tam in „ capitulo quàm in choro, communi reſo- „ lutione Capituli declaratum eſſet Dño Archi- „ presbytero dandum eſſe locum immediatè poſt „ Dñum Cantorem, & Dño Pœnitentiario poſt „ ipſum Dñum Archipresbyterum: ſi modo „ ipſi ante omnia pro ſe & ſucceſſoribus ſuis „ promitterent ad exemplar declarationis jam „ factæ per Dñum Reverendiſſimum in erectione „ & collatione iſtarum Dignitatum de non „ præjudicando juri & authoritati Capituli.

„ Sic

„ Sic eſt quod ipſe Dñus *Reynerus à Brakel* „ tamquam Archiepresbyter pro ſe & ſeccesſo„ ribus ſuis in pleno Capitulo & meâ ac teſ„ tium infraſcriptorum præſentia ſolemniter de„ claravit & fide ſacerdotis promiſit : ſimiliter „ Dñus *Petrus à Santfoort* tamquam Pœnitentia„ rius pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, ſatisfacien„ tes decreto Capituli, in omnibus & ſingulis „ integrum & illæſum ſervare jus ipſorum Do„ minorum Decani & Capituli ; & per erectio„ nem iſtarum Dignitatum nullatenus præjudi„ care in minimo, aut aliquo modo detrahere „ privilegiis, juribus, authoritati ſive præe„ minentiæ ipſius Capituli, vel etiam aliquid „ in præjudicium iſtorum attentare directè vel „ indirectè, nunc & in futurum ; & ut ab aliis „ non fiat, quantùm in ipſis eſt, impe„ dire. Anno 1601.

„ De & ſuper quibus præmiſſis omnibus & „ ſingulis dicti Rdi Dñi Decanus & Capitu„ lum, nec non Archipresbyter & Pœniten„ tiarius ſibi à me Notario publico infraſcripto „ unum vel plura publicum ſeu publica confi„ ci atque tradi petierunt inſtrumentum vel in„ ſtrumenta in meliori forma.

„ Acta ſunt & fuerunt hæc in prædicto loco „ capitulari die vigeſimâ octavâ menſis ſeptem„ bris anno ut ſuprà, præſentibus.... *ſigna*„ *tum* A. Verdonck Nots publicus. „

Poſt erectionem harum dignitatum quatuor in Capitulo Antverpienſi ultrà & poſt Decanatum ſunt Dignitates ; nempè Archidiaconatus, Cantoria, Archipresbyteratus & Pœnitentiaria. Theſauria & Scholaſtria, quæ alibi inter dignitates cenſentur, in hoc Capitulo non ſunt niſi mera officia.

Quinque ſunt in Capitulo Dignitates.

An autem Epiſcopus noſter GUILIELMUS DE BERGES nominatus eſſet ad Archiepiſcopatum Camera-

Guilhelmus de Berges fit Archiep. Cameracenſis.

Anno 1601. Cameracenſem, antequam diſſentionem hanc terminaret, non liquet. Interim hoc anno refertur nominatus & tranſlatus ad illum Archiepiſcopatum, cùm tribus annis ſumma cum laude Diœceſim Antverpienſem gubernâſſet. Decedens autem (inquit Auctor *Chör. S. Bernardi* apud Sanderum *Brab. illuſt. tom. I. pag.* 469.) ex reliquiis, quæ ſibi debebantur (indubiè tum à Capitulo, tum ab Abbatia) liberalem reliquit memoriam anniverſariam, tum in Eccleſia Cathedrali, tum in monaſterio. Gubernavit *Guillielmus* Archiepiſcopatum uſque ad annum 1609., quo 25. aprilis è vivis exceſſit. Dominus *Verſtockt* Religioſus S. Bernardi in ſua *Cœnobio-graphia Loci S. Bernardi* ibidem apud Sanderum *pag.* 483. refert Litteras hæredis dicti Epiſcopi; quibus fundat pro anima ejus duo Anniverſaria; alterum in Cathedrali Antverpienſi; alterum in Abbatia S. Bernardi, aſſignans pro unoquoque quinquaginta florenos annuos. Anniverſarium iſtud in Cathedrali adhuc annuè dicto die obitûs obſervatur cum Vigiliis.

1602. Bellum hujus anni. Dum Archidux Albertus totum annum 1602. tranſigit in cruenta obſidione Oſtendana, fœderati Graviam expugnant & 20. ſeptembris deditione occupant; & fine anni fines Lutzenburgicos vaſtant. Intereà ex octo triremibus ab Hiſpania miſſis, tres tantùm in Belgium adducuntur.

Chorus S. Jacobi reædificatur. Chorus eccleſiæ parochialis S. Jacobi inchoatus erat ante annum 1580., incompletuſque ſtabat dicto anno, quo Eccleſia illa de mandato Senatûs dividebatur inter calviniſtas & catholicos; ſic ut calviniſtæ uſibus ſuis haberent navim, catholici vero crucem cum ulterioribus locis. Cum autem chorus incompletus ſtaret, Senatus, ut ſatisfaceret catholicis, uſibus eorum

eorum decrevit inchoatum chorum elevare & complere; eumque in finem commiſſarios nominavit, materialia aſſignavit, & expenſas deſumendas deſignavit ex confiſcatis eccleſiaſticorum bonis: ut patet ex decreto deſuper confecto 12. novembris 1580. ſuprà ad illum annum relato. Verùm credendum eſt, decretum iſtud executioni mandatum non fuiſſe; cum credibilè non ſit, tale ædificium poſt triginta duos annos eſſe reædificandum. Hoc autem anno 1602., trigeſimo ſecundo poſt illud decretum, reædificari cœpit chorus iſte, ut aſſerit Swertius *mon. ſepulc. pag* 101. & *Hiſt. Epiſc. Antv. pag.* 121. & in Archivis Capituli cath. notatur, Decanum hoc anno rogatum fuiſſe ad jaciendum primum lapidem. Pulchrè ædificatus fuit chorus iſte curante clariſſimo viro *Balthaſare de Robiano* Senatore Antverpienſi. Veroſimiliter tunc chorus ille ædificatus eſt in eo ſplendore, in quo eum nunc videmus. Anno 1602.

Cum Epiſcopatus Antverpienſis vacaret, per tranſlationem GUILIELMI à BERGES ad Archiepiſcopatum Cameracenſem, Principes Belgii ALBERTUS & ISABELLA ad eum nominârunt JOANNEM MIRÆUM litteris datis Gandavi menſe julio hujus anni 1602. Joan. Miræus nominatur IV. Ep. Antv.

Erat autem MIRÆUS natus Bruxellis 6. januarii anno 1560. ex antiqua inter cives Cameracenſes familia, patre *Humberto* mercatore, matre *Mariâ Ceulens*. Adoleſcens Lovanii in pœdagogio Caſtrenſi philoſophiæ operam dedit, ſed ſtudiis ibidem per continuos bellorum motus turbatis Duacum receſſit, & anno 1579. ſecundum in promotione Artium locum obtinuit. Dein ſactis ſcientiis eruditus, anno 1587. Collegii Regii ſubregens evaſit, græcas litteras & rethoricam docuit, & anno ſubſequente die 2. auguſti Licentiæ gradum in Theologia ſuſcepit. Qualis fuerit

Duaco

Anno 1602. Duaco evocatus oblatum, à Mechlinienſi Antiſtite *Joanne Hauchino* Decanatum Rothnacenſem recuſavit, Canonicatum Namurcenſem ultrò dimiſit, & paſtoratum Eccleſiæ B. Jacobi in frigido-monte Bruxellis acceptavit; dein 28. aug. 1592. Canonicus conſtituitur in eccleſia collegiata D. Gudulæ. Talis erat *Miræus*, qui invitus & abſque ullo ambitu, ſolâ virtutum famâ, accedente commendatione *Mathiæ Hovii* Archiepiſcopi Mechlinienſis, ab Archiducibus nominabatur ad Epiſcopatum Antverpienſem.

Examinat miracula in Monte acuto. Duo ferè anni à nominatione fluxerunt, antequam in Epiſcopum conſecraretur *Miræus*. Interim vix nominatus erat, cum *Hovius* Archiepiſcopus eum dirigit ad Montem-acutum, ubi tunc Iconcula B. Mariæ extraordinariè miraculis clareſcebat, ut miracula illic Deiparæ ope patrata cognoſceret & examinaret; quod cum perfeciſſet, miracula ſic probata invenit, & cultum ita rationabilem, ut mox ædificari cœperit ex lapide ſecto Sacellum, quod ſecundo poſt anno ab Illuſtriſſimo Hovio Divæ dicatum ſacratumque fuit. Aſſerit Auctor *Hiſt. Epiſc. Antv. pag.* 73. Miræum miracula iſta publico ſcripto edidiſſe: verùm Fop. *Bibl. Belg. pag.* 694. dicit eum illa ſcripto conſignare & mandare prelo cœpiſſe, unde ſua poſtmodum hauſerit *Lipſius*, ut ipſe fatetur: Et *Philippus Neumannus* ſua inde ſermone patrio ferè ad verbum interpretatus eſt.

Joan. Fred. Lumnius Paſtor Begginagii. Anno hoc 1602. 24. februarii obiit JOANNES FREDERICUS LUMNIUS, ſic dictus à pago *Lummen* ditionis Leodienſis inter Diſtemium & Haſſeletum, qui per annos 40. Paſtor fuit Begginagii Antverpienſis. Vir pietate, doctrinâ ſcriptiſque clarus & Reipublicæ utilis. Rebus Antverpiæ ob religionem turbatis, machinante

Orangio

Orangio Lumnius anno 1579., ut ſuprà vidimus., cum maxima eccleſiaſticorum parte decreto Senatûs exulare debuit; quando Leodium ſeceſſit & per ſex annos ibidem moratus eſt, donec reductâ anno 1585. Antverpiâ ad priſtinum munus rediit; quod tam vigilanter ad hunc uſque annum adimplevit, ut *Inſtaurator loci* in Epitaphio dici meruerit, quod legitur in templo Begginagii, ubi ſepultus eſt; hoc modo. Anno 1602.

D. O. M.

Joannes Fredericus Lummius *hic ſitus eſt, pietate, doctrinâ ſcriptiſque in vulgus editis clarus & Reipublicæ utilis, loci hujus Inſtaurator & Paſtor ann. XL. & menſ.* VII. *A laboribus ad quietem abiit anno Sal. MDCII.* VI. *Kal. martii, ætatis LXIX.* Ejus Epitaphium.

Ex ſcriptis ejus, inquit Foppens *Bibl. Belg. pag. 641.* hæc vidimus. Scripta.

De extremo Dei judicio & judæorum vocatione libros II. Antv. 1567. & 1594. in 8., Venetiis 1569. 4.

Theſaurum chriſtiani hominis è ſcriptis B. Auguſtini libros VI. typis Plantini 1588. 8.

Sirenam Evangelicam de vita & paſſione Chriſti carmine ibid. 1568. 8.

Elegiam benè longam *de piaculis Adamiticis.* 1600. 8.

Brabantico idiomate dedit Dialogos IV. *de Virgine lapſa.* Plant. 1571. 8.

De chriſtiana vitæ reformatione libros V.

De diſciplina domeſtica libros VII. ibid. 1589.

Olympiam ſeu *de ſui converſione Dialogum.* 1600. 8.

De mundi fuga & ad cœlum curſu libros IV. Lov. 1580.

Exercitia ſpiritualia in gratiam virginum Antverpienſium 1610. 12.

Meditationes in miſſæ ſacrificio pro laïcis.

Anno 1602. Denique *de Origine Begginarum* ſcripſit latinè Liber extat Ms.

Obiit etiam hoc anno Bruxellis JOANNES SCHALCK Antverpianus Beggardus tertii Ordinis S. Franciſci, qui dedit *Orationem lugubrem de ſeditione Anthiochena anno* 319. *ad Iconomachorum ſeditionem Belgicam accomodatam* anno 1573. Antv. 8., & *Xenium Evangelicum* quatenus ad ſacrarum ſcripturarum normam benè beateque cuilibet vita ſit inſtituenda. Ibid. 1576. apud Ant. Tilenium.

Joan. Schalck Beggardus.

Inſuper HIERONIMUS DE MEYERE Antverpianus Ordinis Minorum S. Franciſci edidit hoc anno Lovanii typis Maſii *Extremam cœnationem filii Dei Aſſertoris noſtri.* 1602. 4. Ita Fop. *Bibl. Belg. pag.* 482., ubi nec dies nec annus obitus indicantur.

Hieron. de Meyere Minorita.

1603. Primis anni 1603. menſibus nihil utrimque armis eſt actum. Menſe martio Archiducales tentant Wachtendonckam ſed fruſtrà. Ad pagum *Gemert* menſe aprilis ſexcenti equites Hollandi, qui Campiniam pervagabantur, à Grobbendonckio Gubernatore Sylvæ-ducenſi cæduntur. Interim ad Oſtendam graviter utrimque agitur. Mauritius menſe auguſti iterùm Sylvam-ducis obſidet. 1. octobris eò accurrit Archidux. 5. novembris Mauritius obſidionem ſolvit, & mox Archidux ad Oſtendam redit.

Bellum hujus anni.

Hulſtum Flandriæ oppidum hoc anno 1603. erexit Noſocomium, ad quod formandum, ut refert Sanderus *Fland. illuſt. tom. III. pag.* 258., è Noſocomio Antverpienſi evocatæ ſunt Religioſæ, quæ illuc iverunt & modum ſuum religioſè vivendi ac ægris inſerviendi feliciter introduxerunt, atque inter turbas belgicas & bonis & numero accreſcentes proſperè egerunt per annos quadraginta-duos, id eſt uſque ad annum 1645., quando intercepto per fœderatos

Noſocomium Hulſtenſe derivatum ex Antverpienſi.

Hulſto

Hulſto fugatæ ſunt, ut infrà ad iſtum annum dicetur. Inter evocatas ſoror *Maria Francoys* fuit prima Prioriſſa, quæ ſeptuagenaria obiit anno 1637. Hujus picta effigies videtur in Choro monialium Antverpienſium cum hac ſubſcriptione. Anno 1603.

S^ter Maria Francoys Religieuſe van deſen Gaſt-huyſe, geprofeſſit den 2. octob. 1588. Daer naer eerſte Moeder was in't Gaſt-huys tot Hulſt. Sy is geſtorven den 11. febr. 1637. Prima Prioriſſa.

Req. in pace.

Peſtis jam ab anno præcedenti graſſabatur in Belgio & alibi. Anno præcedenti, ut refert Haræus, Amſtellodami ſpatio undecim menſium ſexaginta amplius hominum millia peſte extincta ſunt: & hoc anno, ut idem refert, peſtis Londini in Anglia à menſe majio uſque novembrem ſingulis ſæpe hebdommadis tria hominum millia abſumpſit. Quam ob cauſam Legatus Regis Hiſpaniarum cum Legatis Archiducum noſtrorum pacem cum Anglis, ad quod deſtinati erant, non concluſerunt niſi anno ſequenti. Peſtis graſſatur.

Dira iſta lues etiam Antverpiam depaſcebatur hoc anno. Cum autem remedia non ſuppeterent, recurſum habent cives ad patrocinium beatæ Mariæ Patronæ civitatis; & cum intelligerent, B. Mariam recenter auxiliatricibus beneficiis clareſcere in *Monte-acuto*, mox votum ei faciunt, & candelabra argentea duo, adfabrè polita, dono illuc mittunt, hujuſmodi chronographico iis inciſo, prout illud refert Wigmans *Brab. Mar. pag.* 350. Antverpiæ. Quæ ideò donum mittit in Montemacutum.

ſUſCIpE ſanCta parens eX Voto antVerpIa MUnUs,
QUoD Dat, neU peſtIs CresCat aCerba LUes.

Anno 1603.

David Theodorus Plaſeer medicus.

DAVID THEODORUS PLASEER Ziriczæus Zelandus medicus Antverpienſis, quæ experiendo tempore hujus morbi circà remedia ejus in hac civitate detexerat, hìc publici juris fecit hoc anno typis Jacobi Meeſii ſub titulo : *Enchiridion continens remedia contrà Peſtem.* Adhuc alia quædam edidit vir ille, quæ refert Foppens *Bibl. Belg. pag.* 231.

Petrus Weſembeeck jurium Doctor.

Obiit hoc anno 27. auguſti Altorfi in Germania PETRUS WESENBEECK *Mathæi* J. U. Doctoris celeberrimi patrueſis, Antverpiæ natus 5. maii 1546., qui & ipſe jurium Doctor, & in variis Germaniæ univerſitatibus Profeſſor, plura juriſprudentiam concernentia edidit, quæ exhibet Foppens *Bibl. Belg. pag.* 1021

1604.

Bellum hujus anni.

Anno 1604. intereà dum Archiducales Oſtendam ſtrenuè oppugnant, Mauritius portum Sluſenſem oppugnat & 20. auguſti occupat. Sed tandem Archidux 22. ſeptembris obtinuit *Oſtendam* poſt triennalem obſidionem.

J. Miræus conſecratur Epiſc. in ſua Cathedrali.

JOANNES MIRÆUS jam à duobus annis nominatus ad Epiſcopatum Antverpienſem, hoc demùm anno 30. maii conſecràtur Epiſcopus in hac civitate in Eccleſia cathedrali, ſolemnia peragente *Mathia Hovio* Archiepiſcopo Mechlinienſi, aſſiſtentibus *Petro Damant* Gandavenſi & *Franciſco Buiſſeret* Namurcenſi Epiſcopis. *Hiſt. Epiſ. Antv.* addit tertium aſſiſtentem *Franciſcum Ribera* Ord. FF. Minorum Epiſcopum Lignienſem in Hibernia, qui ob fidem catholicam exulans in conventu ſui Ordinis in hac civitate morabatur. Dies 30. maii hoc anno incidebat in Dominicam SS. Trinitatis, quâ è Cathedrali ducitur publica & generalis Proceſſio, dicta S. PRÆPUTII : unde præſumendum omnes iſtos Epiſcopos, peractâ conſecrationis ſolemnitate, Proceſſionem illam præſentiâ ſuâ condecoràſſe. Miræus hoc tempore agebat 45. ætatis annum.

Cum Epiſcopus hic mitrâ inſigniretur, compoſiti ſunt in laudem ejus, non vano omine, ſequentes verſus, factâ alluſione ad nomen ejus & trium prædeceſſorum, Sonnii, Torrentii & à Bergis. Anno 1604.

Verſus in laudem ejus editi.

Sol *tenebris*, Torrens *ſitienti erat*, *atque humili* Mons:
Sed Torrens, Sol, Mons *hinc abiêre diu.*
Quid facies? Quid habebis egens Antverpia? *Mira.*
Plurima promittit mira Miræus *enim.*
Et quod Sol *fuerat*, *quod* Mons, *quod denique* Torrens,
Unicus hic, *nec res mira*, Miræus *erit.*

Epiſcopus hic Diœceſim invenit per bella, rebelliones, hæreſes miſerrimè vaſtatam; pleroſque parochiales Eccleſias Paſtoribus viduatas; ita ut alicubi ſeptem parochiis unus Parochus inſerviret. Ita Auctor *Chor. Abb. S. Bernardi* apud Sanderum *Brab. illuſt Tom. I. pag.* 469. Et quid mirum? Diœceſis enim etiam à reducta civitate ſemper limitanea fuerat, patens continuò incurſionibus & devaſtationibus militum fœderatorum: quin & hoc ipſo tempore immediatè ante conſecrationem ſeditioſi milites Archiducales Brabantiam longè latèque parvagabantur ac ferro flammâque vicos pagoſque, qui imperatam pecuniam ſolvere recuſabant, depopulabantur. Ita Haræus ad hunc annum.

Diœceſim devaſtatam invenit.

Hinc Epiſcopus tamquam verus paſtor omnem curam impendit, ut populo ſibi commiſſo ſubveniret. Et in primis quo pueri probè inſtituerentur, curavit inſtitui ſcholas Dominicales. Dein cum ferè ſoli Jeſuitæ, collapſis ſcholis Parochialibus, docerent linguas ſacras, induxit ad idem munus FF. Prædicatores, egitque ut

Sollicitudo & cura ejus.

Anno 1604. adventantes Auguſtiniani ſimiliter facerent; ut ſic adoleſcentes pararentur ad eccleſiaſtica munia. In eundem finem etiam, quod ob turbas hactenùs fieri non potuerat, inſtituit Seminarium Theologorum; interim undique quærens miniſtros, qui parochialibus eccleſiis deſervirent, ut infrà latiùs dicetur. Inſuper ipſe laboravit ad impetrandum, impetravitque, primus ab hoſte ſalvum-conductum, quò liceret Diœceſim ſuam viſitare, quod fecit ſtrenuè, inquit Auctor *Chorographiæ* ſuprà citatæ *ibid.* Verùm dubium eſt, num à fœderatis id obtinuerit: ſaltem quod viſitationem non perfecerit patet ex Synodo diœceſana anni 1610, *Tit. XXIV. Cap. I.*

Autb. Miræus ejus ſecretarius. Mox *Autbertum Miræum* nepotem ſuum, qui jam ab anno 1598. vi Nominationis Lovanienſis in Cathedrali Antverpienſi Canonicatum obtinuerat, quique deinceps Decanus ejuſdem Capituli fuit ſcriptiſque famoſiſſimus, aſſumpſit in Secretarium, eumque in magnis negotiis adhibuit.

Agitur pro dimembratione Abb. ab Epiſ. ſed fruſtra. Epiſcopi hujus tempore, inquit *Gaſpar Verſtockt* Religioſus S. Bernardi in ſuâ *Cœnobiographia* apud Sanderum *tom. I. pag.* 483. patres noſtri multum inſtiterunt apud ſereniſſimos Principes noſtros ad effectum dimembrationis menſæ Abbatialis ab Epiſcopatu Antverpienſi conſequendum, ſed ſine effectu. Iniit tamen, inquit, hic reverendiſſimus Dominus contractum cum Religioſis de annuis proventibus ſibi à monaſterio dandis; ſed redditibus propter præcedentium patriæ noſtræ tumultuum recentes cicatrices, adhuc tenuibus variè variatus ille fuit. Auctor *Chor. S. Bernardi* itidem apud Sanderum *pag.* 469. dicit. Epiſcopus hic pro iniquitate temporum initio quatuor ac deinde quinque millibus florenorum contentus certis annis ex pacto fuit;

fuit ; quo deſinente & proventibus per Inducias (anni 1609.) creſcentibus , paulo amplius exegit.

Anno 1604.

Jac. Buyens Ord. Præd.

Hoc anno 12. junii obiit in Conventu FF. Prædicatorum hujus civitatis *Jacobus Buyens* Mollanus brabantus Ordinis Præd. Conventûs Antverpienſis ; vir pius , doctus & humilis , aſſiduus in propagando cultu Virginis Deiparæ per Roſarium ejuſdem , & fervidus adverſum novatores Eccleſiaſtes. Varia Opuſcula vernaculo ſermone ſcripſit & vulgavit ad vitam ſpiritualem manuducentia , quæ indicat Fop. *Bibl. Belg. pag.* 505. & latiùs D. Paquot *Mem. litt. XV. p.* 304.

Martinus de Vos Pictor.

Obiit etiam hoc anno Martinus de Vos Antverpienſis Pictor , qui penicillo ſuo primariam hujus civitatis eccleſiam plurimùm decoravit. Inter alia ipſius penicillo pictæ ſunt tabula altaris Piſtorum & Molitorum repræſentans *Jeſum* multiplicantem quinque panes & duos piſces 5000. hominum ; tabula in Camera Magiſtrorum fabricæ quâ repræſentatur Nativitas Jeſu Chriſti ; tabula altaris Vinopolarum repræſentans Nuptias in Cana-Galileæ ; tabulæ altaris Peſſi-parorum , una repræſentans incredulum Thomam , alia Baptiſmum Chriſti & tertia repræſentans decollationem Joannis Baptiſtæ ; tabula altaris Pictorum repræſentans S. Lucam pingentem D. Virginem , & tabulæ altarium S. Antonii & Gildæ veteris Arcubaleſtriorum &c.

1605.

Bellum hujus anni.

Priores anni 1605. menſes inſtruendis utrimque novis belli apparatibus lapſi ſunt. Menſe maijo Hollandi Antverpiam tentare aggrediuntur : die 16. menſis Mauritius cum 2500. equitum & 7000. peditum Bergâ ſuper Zomam egreſſus , Comes verò Erneſtus de Naſſau cum 500. navibus , quibus 8000. peditum impoſuerat , fluvium Scaldis ingreſſus , Antverpiam contenderant. Verùm hæc tentamina effectu

Anno 1605. fruſtrata fuerunt. Et Mauritius regreſſus 22. menſis Arcem *Wou* deditione obtinuit. Archiducales 10. auguſti Oldenzaliam occupant, ſimiliter 19. Lingham: verùm eodem tempore Bergozomam, Antverpienſibus valdè infeſtam, per inſidias intercipere fruſtrà tentârunt. Verùm menſe octobris obtinent Wachtendoncam & menſe novembris Caſtellum Cracou in territorio Meurſenſi ab Hollandis infeſſum. Progreſſus hi Archiducalium Catholicis animum addiderunt, ſperabant enim indè majora.

Miræus Epiſ. ad obtinendos miniſtros Eccleſiæ.

MIRÆUS Epiſcopus, cum, ut ſuprà diximus, Diœceſim ſuam devaſtatam inveniſſet, & Paſtoribus notanter deſtitutam; omnem curam in eò poſuit, ut ſingulis parochiis de Paſtoribus provideret: ſeculares quos inſtitueret non habebat, tum quòd ſcholæ non haberentur, in quibus adoleſcentes præpararentur ad ſtatum eccleſiaſticum; tum quòd parentibus ob malignitatem temporis commodum non eſſet eos in eum finem mittere ad Univerſitates.

Curat ut FF. Prædicatores doceant linguas ſacras.

Itaque, cum linguarum ſacrarum ſcientia in primis neceſſaria ſit ad ſtudium Theologicum, curavit ut in pluribus locis docerentur. Jeſuitæ quidem linguas illas docebant, ſed collapſis ſcholis parochialibus ferè ſoli: & licèt eas docerent in meditullio civitatis, ſcilicèt ubi nunc eſt domus profeſſa, omnibus tamen commodum non erat eò undique accurrere. Hinc inducti ſunt FF. Prædicatores, ut & ipſi illud munus obirent: quod libenter acceptantes, hoc ipſo anno ſcholas aperuerunt, litteraſque ſacras deinceps docuerunt, non tantùm latinas, ſed indubiè etiam ut Jeſuitæ græcas; quæ communiter olim in ſcholis parochialibus tradebantur.

Inſuper

